Terrena dedisti: cœlestia sume. Temporalia  
dedisti: eterna sume. Nea dedisti: me ipsum  
sume. Quid enim dedisti: nisi ex eo quod ac-  
cepisti? Ergo ne quod dederis non reddo: qui  
vnde dares dedi? Qui te ipsum qui dares

didi: qui tibi christum cui dares dedi qui ti-  
bi diceret: Quando vni ex minimis meis fe Matt. 25.  
cisti: mihi fecisti. Ecce ut des pascit et esu-  
rit propter te. Donat et eget. Quando do-  
nat vis accipere: quando eget non vis dare.  
Eget christus: quando eget pauper. Qui om-  
nibus suis vitam eternam paratus est dare:  
in uno quoque paupere temporaliter est di-  
gnatus accipere: et consilium dat quo mi-  
gres. Dedit enim consilium quo migrare de-  
beas. Migrare enim de terra in celum: ne per-  
das. **M**ulti enim quod seruabant perdide-  
runt: et nec sic correcti in celo ponere didice-  
runt. Si forte tibi aliquis diceret: transporta **R**  
diuitias tuas ab occidente in orientem si non  
vis ut pereant: estuares: laborares: fatig-  
eres: attenderes que haberes: videres te mul-  
tiplicitate rerum tuarum facile in longinquia  
migrare non posse. Sed et forte fieres: quia  
ire cogereris: et quomodo tecum tolleres quod  
collegeras non invenires. In longinquiora  
te migrare iussit: qui non ait: Migrare ab oc-  
cidente in orientem: sed ait: Migrare de terra  
in celum. Estuas quasi difficultatem maio-  
rem tibi videris pati: et dicis tibi: Si non in  
ueniebam iumenta et nauēs quibus ab occi-  
dente migrarem ad orientem: quomodo in-  
ueniam scalas quibus e terra migrem in ce-  
lum? Noli inquit tibi deus laborare: noli la-  
borare: qui te diuitem feci: qui tibi quod dares  
dedi. Naturarios tibi pauperes feci. Si ver-  
bi gratia: inuenires aliquem inopem de trans-  
mari: aut quo ire velles inuenires inde ci-  
uem necessitatē patientem: nonne dices  
tibi: ciuis iste inde ē quo ego volo ire? Eget  
hic: do illi quod ibi mibi reddat. Ecce eget  
hic pauper: quod ciuis est regni celorum. Quid du-  
bitas facere trajecticum? Sic enim dant qui  
hoc faciunt ut plura accipiant: cum ad ea lo-  
ca venerint: vnde est ille qui accepit. Facia-  
mus et nos. Hoc sit si eredamus: si fidem ex-  
citemus. Nam vane conturbamur: quia dor-  
miente christo in nauī: pene naufragauerūt  
discipuli. Dormiebat christus: et turbabant  
discipuli. Tenti sciebant: fluctus excita-  
bant: nauis mergebatur. Quare? Quia iesus  
dormiebat. Sic et tu quando tempestates  
temptationis sciebunt in isto seculo: turba-  
tur cor tuum tanquam nauis tua. Quare: nisi  
quia dormit fides tua? Sic enim paulus apo-  
stolus dicit: Quia habitat christus per fidem Ep. 3.

# Sancti Augustini de tempore

in cordibus vestris. Excita ergo christum in corde tuo: vigilet fides tua: tranquille con scientia: ec liberetur nauis tua. Senti: quoniam qui p̄misit vera est. Nōdum ostendit: qz nōdum est temp⁹ vt ostēdat. Multa etiā tamen ostendit: christū suum promisit ⁊ dedit. Resurrectionem eius promisit et dedit. Euangeliū eius promisit ⁊ dedit. Ecclesiam suam toto orbe diffundendam promisit et dedit. Tribulationes ipsas in rebus huma nis p̄dixit ⁊ ostendit. Quanta sunt quę restant? Implen⁹ quę promissa sunt: imple tur quę p̄dicta sunt: et titubas ne non veniat quod restat? Lūc timere deberes: si qd̄ p̄dictum est non videres. Bella sunt: fames sunt: contritiones sunt. Regnum sūg regnū est: terremotus sunt: abundantia scandalorum: frigus charitatis: copia iniquitatis. Hęc omnia lege p̄dicta sunt: Lege: vide qā omnia quę vides p̄dicta sunt: et credete vi surum esse quod nondum venit: numerans quanta venerunt. Tu autē videndo deum ostendere quę p̄dictum est: non credis daturum esse quod promisit? Ibi credere debes: vbi turbari cepisti. Si finis mundi est: migrandum est de hoc mūndo: nō amandus est mūndus. Ecce turbas mundus: et amatur mundus. Quid si trāquillus esset mūndus? Formoso quomodo hereres: qui sic amplecteris sedū? Flores eius quomodo colligeres: qui ab spinis non reuocas manū. Nō vis relin querere mūndum: relinquit te mundus: et se queris mūndum. Lœ ergo mūndemus charis simi ⁊ non p̄damus sustinentiam: sed p̄cipiamus sapientiam: ⁊ teneamus continentiam. Transit labor: venit requies. Transeunt fal sa deliciosa: ⁊ veniet bonum quod concipi uit anima fidelis: cui inardescit et suspirat omnis peregrinus in seculo. Patria bona: patria c̄lestis: patria cum populis angelorum: patria vbi nullus moritur: quo nullus hostis admittitur: patria vbi habeas semper tunc deum amicum: vbi nullum timeas inimicum.

Sermo In eadem dominica: Ad iuuenes  
CC.XLVI ut contineant: Sermo II

B D̄ vos mihi sermo o iuuenes: flos  
etatis: periculum mentis. Tempus  
quidem omne atq; omnis etas qua

corruptibilis caro illa portat: vacare a tem ptationibus non potest. Et tamdiu quisq; 1. Cor. 9, bonus in agone lucratur ne ab aduersario supere: in periculis agit: qd̄ diu cum illo scut in arenoso quodā stadio: sic in ista mou te contendit. Hox enim vt homo sēculo na scitur: et vitam plenam miserię velut propheta futuri laboris sui p̄cōnō lachry mos vocis ingredī: etiam si nondū in ani mo suo: in animo tamen parentum suorum vel quorūlibet hominū: in quorū manibus nutriēda eius infirmitas iacet: temptari iaz potest: ⁊ diaboli circūventionibus rapi: aut per ligaturas execrabilium remediorū: aut per sacrilega sacra gentiū: aut si forte mors virget negligentia renūciatiōnis in baptis mo salutari: Et vt breui cōplectar: temptat illa etas cum a suis in mundo diligitur et in christo negligitur. Trahit enim secum pro paginem mortis: et i illo peccati vulnera ra dicatur qd̄ primo homini ex quo corruptio nis originem duximus: veneno dente fer pentis inflictum est. Unde sanctus iob: ne Job. 15, minem esse mūndum dicit a peccati vtiq; sor dibus: nec infantem cuius est vnius dici vi ta super terram. Sed de iam nato quid lo quā: cum dauid luctuosa voce clamet: In p̄l. 9, iniquitatibus conceptus sum: ⁊ in peccatis concepit me mater mea. Supflua enim pos sent videri baptismata recentium paruolum: nisi omnes homines morerent̄: ⁊ origi nale peccatum per parentū viscera v̄sq; ad fructum prolis tramite mortalitatis excurreret: cū ⁊ mortalem creaturā dominus omnipotēs lege sui ordinis format: ⁊ immorali tam renouationis optimus pater misericordiē gratia subministrat. Qz si nec infan tia mortalis hominis propter corruptionis vinculum a temptationibus vacat: quid de ceteris etatibus dicam? An forte senectus excepta est: et in carne iam vicina cadaueri sanguis ac membra illicitę concupiscentię friguerūt: ⁊ a fesso ac prope mortuo iam corpore materies temptationis emarcuit? Immo vero tantus est in malis senibus plerūq; gurges auditatis et insatabilis vorago ventris et gutturis: vt quanta boni sensu prudentia serenant̄: tanta isti v̄nolentia se peliantur: quasi ad hoc in eis arida viscera ⁊ succo exhausta curruent: vt ad vigorem pil stinum reparandum ebrietatis inundatiōnē

# Ser. CC. XLVI. Dñica XXIII. p<sup>o</sup> trinitatis: Ser. II.

*L*et. Timot. 6. rigida sunt. Quid auaricia que radix est omni malorum est. Nonne in frigidis senibus tanto ad acquirendum feruentius inardescit: quanto citius relictura est qd acquirit mirabili sane dementia? Grauioribus enim sumptibus se onerare festinat: cu3 iam peruenierit quo tendebat. Si ergo puerilis et senilis etas non est a temptationibus libera: quarum altera: id est puerilis nodum bene ingreditur: altera iam egreditur istam vitam: et altera paulo ante non erat: altera paulo post non erit: quid sentiendum est de sua gratia iuuenilis etatis: que utriusq; in medio constituta et ab infirmitate puericie iam recessit: et nondum ad torporem senectutis accessit? Hec pluribus atq; maioribus temptationis tempestibus quatitur. Hec suetu crebriore impetu seculi inundatis operitur. Presumit viribus: formae dignitate iactatur: pompa rerum temporalium præfulgeat aut exoptat aut gaudet. Itaq; iuuentute malorum venenū est quicquid veritas precepit: esca est quicquid diabolus suggestit: Sed amaritudo iusticie medicamentū est vivilis etatis: Dulcedo autem iusticie muscipula est temeritatis. Ad hoc pertinet quod scripsit. ptum est: Dulciora sunt vulnera amici q; voluntaria oscula inimici. Et illud quod ait datus: Loripiet me iustus in misericordia et increpat me: oleum autem peccatoris non impinguer caput meū. Ut rat veritas et tamē sanet. Nā oleū peccatoris adulatio assentatoris mulcat: sed decipit. Ibi enim lenitur superbia: sed labef vita. Loquac enim prophetā ex persona eius qui iam medicū querit: qui manū curantis etiam cum doloris acerbitate supportat: qui egritudinem suam satisfaci potius q; laudari desiderat. Periculum ē vlcus iuuentutis qd cupiditatib; contabescit. Sed spes ista desperatorū est: spes rerum peritura: que animę miserę non soluit: sed inflat affectum: facitq; illam tactum non ferre veritatis: vt etiā de sua immortalitate desperans: amet dicere: amet etiā ista sibi dici: Abducemus et bibamus: cras enim moriemur. Oderit autem et dicere et audire: Subi estote et iusti et nolite peccare. Amet perniciosa inimici lenitatem: oderit salubrem medici asperitatem. Ista pueritas: ista veſtia in iuuenili etate maxime formidanda est. Hinc ille nascitur sermo hominū in flagi-

tia defluentiū: et inde i scelera crudescientiū. Dixerunt em̄ cogitantes apud se non recte: Sap. 2. Exiguū et cum tedium est tempus vite nostre: et non est refrigerium in fine hominis: et non est qui agnitus sit reuersus ab inferis. Tenebre ergo fruamur bonis que sunt: et utramur creature tanq; in iuuentute celeriter. Vino precioso et vnguentis nos impleamus: et ce tera qua in eodem loco atterens gestientis verba luxurie hominū de vita eterna desperantū: et spem suam tanq; in arena torrentis: ita in temporali carnis corruptione ponentū. Ex hac autē enumeratione libidinū et putredinū et vermis flagiorū: videte in que facinora et in q; immania scelera proslī. Exhausti enim atq; submersi immode ratorum delictorū turpū corruptela: vel dī sequiturē veritatis sibi contradicentis odrunt: Optimus ē iniquiunt pauperem et abi. 5. iustū et non parcamus viduc nec seni: nec re vereamur canos multi temporis. Sit autem fortitudo nostra lex iusticie. Qd infirmū est inutile inuenit. Circuueniamus ergo iustū quoniam inutile est nobis et contrariū est operibus nostris. Talia de dño nostro iisu christo iudiciorū iperas cogitauit. Qd manifestū in verbis cōsequētibus inuenit. Paulo em̄ post dicit: Promittit scientiā dei se habere: et similitudine dei se nominat. Deinde rursus paulo post dicunt: Cotumelia et tormento interrogem illū: vt sciām̄ reuerentia illius. Adorte turpissima cōdemnem̄ eū. Erit em̄ respectū ex sermonib; illius. Sed attendite quā de illis sententiā ferat spūssancū: qn̄ statim subiungit: Hec cogitauerūt et errauerūt: Excecauit em̄ illos malicia illorū. Omnia horrenda facinora que timent i sceleratis hominib;: videte de qua labe cōsurgant. Quid em̄ mollius q; illa luxuria: quid durius q; ista crudelitas? Nam dudu dicebant: Fruamur bonis que sunt: et utramur creature tanq; in iuuentute celeriter: et non p̄tereat nos flos tapis: et vbiq; relinquam̄ signa leticie: Nūc dicunt optimētes pauperē: Nūc parcam̄ viduc nec revereamur senem: Circuueniam̄ iustū: cotumelia et tormento interrogem̄ eum: morte turpissima cōdemnem̄ eū. Tenu sequit furor: vnguēta tormenta: sanguis rosas: ira leticie. A talib; ligat: celsus: imperfectū ē dñs. Quis de coronis florētibus cruenta vincula formidaret? Quis de suauib; poculis do-

# Sancti Augustini de tempore

lores squisimos quideret? Quis de molib⁹  
pratis tā dirū crucis lignū p̄noscere: et tamē  
nulla etas: nulla luxuria: nisi iuuentus flori  
temporis comparata est? Sic enim dixerūt:  
**S**icut amur creatura tanq; in iuuentute celeri-  
ter. Vos ergo o iuuenes maxime monem⁹  
et hortamur ut vere virtutis pulchritudine  
capiamini. Nulla species terrena vñ celestis:  
null⁹ fulgor metallorū: nulla nemo ⁊ amici-  
tas: null⁹ florū purpure: nullus vñ naturalis  
vel adhibit⁹ carnis ornat⁹: nullus quarili-  
bet chordarū atq; tibiarū sonus: nulla odo-  
rum iocunditas: nulla soporum suauitas: nul-  
li amplexus pulchritudini: inspiratio: dul-  
cedini fomentis sapientiæ comparant. Ab  
his enim quæ turpiter amantur non ab ipso  
amore prohibemur. Amare vultis: amate sa-  
pientia: ambite ut perueniat ad eam: ut  
non vos exborreat eius aspectus in homie-  
vos in timore componite. Sicut lasciuī oculi  
li ornamenta corporis: sic illa cordis inquirit.  
**R**ec de vestris diuitijs hęc ornamenta pro-  
feratis: quia odit superbos: et quasi de suo  
se iactare cupientes. Quid autem habes  
qd̄ non accepisti? Ipsa ergo donat ynde illi  
placeas. Tantum dilige eam et seruabit te.  
**T**houer. 4. Circūda eam et exaltabit te: honora eam et  
amplexabitur te: ut det capiti tuo coronam  
**S**ap. 6. gratiarum. Clara est et quæ nunq; marcesceret  
sapientia: et facile inuenitur ab his qui diligunt illam. Proponite hanc adiungere vo-  
bis: in illam suspirate: in illam exardescite:  
in illam desperite. Te ipsum abnega tibi: ne  
**S**ap. 8. illi te abneges dum tibi places. Non habet  
amaritudinē conuersatio illius. Si amato-  
res estis hanc amate: si formosi estis deo pla-  
cate: si iuuenes estis diabolum vincite. Da-  
**D**aniel. 9. ntel ab angelo vir desideriorum appellatus  
est. Quæ illa eius erant desideria: nisi quib⁹  
in sapientiæ pulchritudinem ardenter inbia-  
bat: quia in iuuenili etate calcauit lasciuiam  
et regum superbiam preffit captiuus: et ora leo-  
num clausit inclusus. Nec vos semper ado-  
lescentulæ alienum a vobis arbitremini huc  
esse sermonem. Ad vos enim non tamen ut  
confundam vos hęc dico: sed ut filias meas  
**2. Timoth. 2.** charissimas moneo. Iuuentia desideria fu-  
**Daniel. 13.** git: nuptiæ susannæ: viduæ annam: virgines  
**Luc. 2. et. 1.** mariæ cogitate. Nec in publicū ppter ea pro-  
cedatis ut florem fgni vestri oculis homini ostentare cupiētes: in domo vitę morte quæ-  
**Ela. 40.** ratis. Omnis est caro feni: et claritas homi-  
nis ut flores feni. Quid ergo facietis cum fe-  
num aruerit: flos deciderit? Verbi autē do-  
mini qd̄ manet in eterni cineres vestros nō  
facile inuenturū putatis: qd̄ nūc supba etat-  
is viriditate contemnitis. Stricte iterū di-  
co atq; contestor: iuuentia desideria fugite.  
Si auditis hoc: si obtemperatis: si tanq; dei  
verbū cum honore et timore suscipitis: nō so-  
lum pulchri ante oculos dei sed et sani eritis.  
Si autem de hac admonitione nostra etiam  
iocos fortasse amatorios vobis faciat: de  
ipsis ferramētis medici mortifera vobis vul-  
nera infligit. Erete iudici qui dñm crucifi-  
xerunt: qd̄ cum audimus borrescimus et in-  
genti execratione psequimur: sed tamen illi  
cum de sua luxuria cogitarent delitosorum  
agrorum solitudines meditabant dicentes:  
Nullum pratum sit quod non ptranseat lu-  
xuria nostra. Quomodo ergo parceret chri-  
sto si cum inuenisset in terra qui quidem nō  
solitaria prata irritandis libidinibus suis:  
sed frequētissimas ecclesias eligit regnatis  
in celo? Ecce tertio cōtestor et dico: desideria  
iuuentia fugite: danielis desideriis estuate.  
Fili⁹ a iuuentute vestra eligite doctrinam: et  
vsc⁹ ad canos inuenietis sapientiæ.

Dominica vicesima quarta: De Sermo  
adulterino habitu virorum ac mu-  
lierum: Sermo CC.XLVI

**V**idiuiimus ex parabola euangelica A  
quēdam patrefamilias nuptias si-  
lio suo fecisse: et ad eas plurimos in-  
uitasse. Inter quos cum ingressus esset qui-  
dam nō habens habitum nuptiale: visus  
a patrefamilias iussus est non tm̄ excludi a  
nuptijs: sed in tenebras exteriores retrudi.  
Hęc parabola insensatos homines hūc tem-  
poris evidenter redarguit: quis altiori dis-  
certione aliquid secretius et sacratius possit  
intelligi. Prūs ergo queramus quis sit iste  
patrefamilias: quis sit iste filius: quæ sint  
iste nuptiæ. Quibus pspectis facilē intelli-  
gere poterim⁹: cur ille ab his nuptijs exclu-  
sus sit: qui ad eas cum adulterina ueste ac-  
cessit. Intelligimus itaq; hunc patremfami- B  
lias: deum patrem omnipotentē: cui famu-  
lanū vniuersę familię gentilium: qui coeternum  
et coequalem sibi genuit filii in celis sub pa-  
tre: in terris sub matre. Lui nuptias fecit:  
quando ei ecclesia ex omni genere hominib⁹

# Ser. CC. XLVII. Dñica XXIII. p<sup>o</sup> trinitatis: Ser. I.

sociauit. Ad hanc christi et ecclesie societatem conuocati sunt nobiles et ignobiles: diuites et pauperes: omnis conditio: omnis sexus: omnis etas. Inter hos accessit unus: qui solus excludi meruit: quia habitus talium nuptiarum sanctitati congruentem non habuit. Attendite fratres: iste unus multi sunt: et tu hec tota multitudo unitatis nomine comprehendis. Multi enim sunt quantum ad numerum personalis discretionis: sed unus sunt per consonantiam unitus prauitatis. Sicut enim ecclesia una est per fidem sub capite christo: ita tota reproborum multitudo sine pateat siue lateat: unum corpus est sub principe diabolo. Qui ergo per infidelitatem manifeste a deo recedit: ad has nuptias non accedit. Qui vero infidelis est accedit corpore: recedit mente: nobiscum intrat ecclesia: communicat nobiscum christi mensam. Boni et mali pisces adhuc latent intra retia: donec dividantur in littore. Adhuc tolerat palea: donec ventile area. Tunc manifeste apparebit: quia multi vocati pauci electi. Tunc iste adulterator habitus nuptialis: iussu patris familias et manifeste excludebat: et carcerem retrudet. Interim tamen amici sponsi talem simulatorum non ignorant: quia habitus impudicus corporis: nescius est adulterini cordis. Impudicus autem habitus corporis est in viris: superflua et inordinata capillatura: vestimentorum muliebris affectata similitudo: calciamentorum quoque metas necessitatis excedens simulata longitudo. In mulieribus facies fucata: virilium vestimento et imitatio: capillorum natum colorem adulteratio. Hic habitus in virtutem sexus adulterinus est: et sanctarum nuptiarum societate indignus: et a conspectu tanti sponsi: et tantisper sponsa prouersus amouendus. Nec silentio pterire hoc debent amici sponsi: diligentes decorum domus dei. Debent huiusmodi adulteris publice oblatrare: ne dicatur de eis: Canes muti latrare non valentes. Qui enim quantitatatem vel formam quam omnipotens et prudenter plasmator finxit: in aliam transfigurare contendit: nonne euidenter dicere ei videat qui se finxit: Cur me fecisti sic? Improba temeritas conditoris plasmata vilificare: ut quantitatam suam et formam quantum in se est: in aliud transfiguret: quod si a natura haberet in copabiliter se habere doleret. Nec ista dicimus a nobis tanquam ex nobis. Habemus pa-

tres nostros doctores egregios qui ante nos contra ista scriperunt: et irrefragabili auctoritate damnauerunt. Audiamus paulum doctrinam gentium: de superflua capillatura dicentem corinthiis: Vir si comedam nutriat: igitur 1. Cor. 11. minia est illi. Cum enim vir ex dei ordinacione primatum habeat supra mulierem: qui contra honorem sui sexus superfluitate capillorum caput velat: primatum suum sibi ab iudicatur ut merito de eo dicatur: Homo cum in honore 105. 48. re esset non intellexit: compatitur est: ut vera dicamus: non tamen mulieribus: sed etiam iumentis insipientibus. Iudicio enim legum iure 11. q. 3. privilegium ab obtenta dignitate deiciuntur: quod priuilegio si 74. dicitur, ubi ultra concessum abutitur. Audiamus et beatum Lycum, Erianum egregium martyrem et suauissimum doctorem: de adulterino habitu disputatem. Dicit enim in epistola quam scribit de Cyprianus habitu virginis. Opus dei et factura eius et plasma eius: nullo modo adulterari debet in habitu flavo colore vel nigro: vel quolibet denique liniamenta nativa corrupente medicamie. Dicit enim deus: Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram: et auder quisque mutare et conuertere quod fecit deus: Adamus deum offendunt: quando id quod ille formauit reformare et transfigurare contendunt: scientes quod opus dei est omnino quod nascitur: diaboli quodcumque mutantur. Si quis pingendi artifex vultum alicutus et speciem et corporis qualitatem emulo colore signasset: et signato iam consumatoque simulacro manus alius afferret: et iam formata: iam picta: quasi peritio: reformaret: grauis prius artificis iniuria et iusta indignatio videref. Et in sequentibus. Non metuis ne cuicunque resurrectionis dies venerit: artifex tuus non te recognoscatur: et ad sua similia et permissa veniente remoueat et excludat: increpans vigore censoris et iudicis dicat: Opus hoc meum non est: nec imago hec nostra est: cum te flavo medicamine polluisti: cum formam quam dederam tibi: medacio deformasti: facies corrupta est: membra aliena sunt: deum videre non poteris: quoniam oculi tibi non sunt quos deus fecit: sed quod diabolus infecit. Audite me itaque ut parentes: audite glossos docentes: pariter ac monentes. Auditte utilitatibus vestris et comodis fideliter consulentem. Estote tales quales vos deus artifex fecit: estote tales quales vos manus eius instituit. Abaneat in vobis facies incorrupta

## Ser. CC. XLVIII. Dominica XXIII. p<sup>o</sup> trinitatis: Ser. II.

ceruix pura: forma sincera: A calciamentis  
supfluis pedes liberi: crines nullo colore fu-  
scari: oculi conspicendo deum digni. Apo-  
stoli vox est: quem dominus vas electionis  
1. Cor. 15. appellavit. Dicit enim: Primus homo de terra  
terrenus: secundus homo de celo cœlestis. Si-  
cū portauimus imaginem terreni: sic portemus  
imaginē cœlestis. Hanc imaginem por-  
tat virginitas: portat integritas: portat san-  
ctitas et veritas: portant disciplinę dei: me-  
mores iusticiā cum religione retinentes: sta-  
biles in fide: humiles in timore: ad omnē to-  
lerantiam fortes: ad sustinendam iniuriam  
mites: ad faciendam misericordiaꝝ faciles:  
fraterna pace vnanimes atqꝫ concordes:  
Quia oia obseruare: diligere et implere de-  
bemus: ut apostoli p̄ceptuꝝ adimpleamus.  
1. Cor. 6. Empti estis precio magno: glorificate et por-  
tate deum in corpore vestro. Deum enim in  
corpore nostro portamus: cum imaginē eius  
p̄imundas et prophanas adiumentiones nō  
deformamus: cum q̄ omnia seruitutis obse-  
quia redēptoris imperio parere studemus.  
Ita enim imaginē suam in nobis recogno-  
scet: et nuptiali ueste ornatos a suo sanctoruꝝ  
q̄ consortio non excludet: quod nobis mise-  
ricorditer p̄stare digneſt: qui viuit et regnat  
deus per omnia secula seculorū: Amē.

Sermo In eadem dominica: De continē-  
tia: Sermo II

A. Domonet nos lex diuina et exhortat  
fratres charissimi: ut cōcupiscentiā  
huius mundi deuitantes: continen-  
tię salubri operam demus: ne nos illecebra  
voluptati ḡvaria ducat desideria: et laqueo  
mortis irretitos: in p̄cipituꝝ et voragine tra-  
dat inferni. Loquis sapiētia homini et dicit:  
Ecc. 18. Post cōcupiscentias tuas non eas: et a vo-  
luntate tua auertere. Si p̄frestes animę tuę  
cōcupiscentiā eius: faciet te in gaudiū ini-  
micis tuis. Amor enim istius mundi: parit  
Jacobi. 4. inimicitiā dei. Unde scriptum est: Qui vult  
amicus esse huius seculi: inimicus dei consti-  
tuīt. Hoc enim apostolus sciens iohanneoꝝ:  
1. Joh. 2. persuadet nos et dicit: Holite diligere mūdū:  
neqꝫ ea q̄ue in mundo sunt. Si quis dilere-  
rit mūdū: non est charitas patris in illo:  
quia omne qđ in mūdo est: cōcupiscentia car-  
nis est: et cōcupiscentia oculorū: et superbia:

spirit⁹. Hoc et coapostolus eius paulus rur-  
sus monet et dicit: Qui emunt sic sint quasi 1. Cor. 7.  
non possidentes: et qui hoc mūdo vtunē qua-  
si non vran̄t: p̄terit enim figura hui⁹ mundi.  
Unde et ipse salvator in parabola sua ostendit:  
qd̄ diuinitę et voluptates seculi suffocant Matth. 13.  
verbū: ita vt nō referat fructū. Et alibi p̄ce-  
pit dicens: Qui vult venire post me: abne-Matth. 16.  
get seipsum: et tollat crucem suam et sequa-  
me. Et item: Qui non renunciauerit inquit Luc. 14.  
omnib⁹ que possidet: non potest meus esse  
discipulus. Hec igitur considerātes fratres  
charissimi: p̄pendite quātum necessaria vo-  
bis sit cōtinentia: q̄ quam christi discipula-  
tui cōdigni: ad regnū potestis cum eo veni-  
re ppetuum. Cōtinentia ḥo et sobrietas nō  
in sola integritate carnis consistit: sed etiam  
in cultu et ornatu: vita pariter et moribus cō-  
sistit. Debet enim vnuquisqꝫ continēt esse  
ab omnib⁹ illicitis. His autē que licita sunt  
debet cuꝝ modestia et sobrietate vti. Hō enī  
debet christianū seculi lucris inhiare: cui pro-  
missum est regnum cœlestis: sed suo domino  
p̄ continentia condigne vivere: ut possit cuꝝ  
eo in ppetuum gaudere. Lascitatem debet  
amare: et fornicationem fugere. Hō auaricie  
studere: sed virtuꝝ et uestitu cōtentus esse: nō 1. Timo. 6.  
superbire: neqꝫ sperare in incerto diuinitarū:  
sed humiliter sentire: et mūdi pompā cōtem-  
nere. Hō debet esse vaniloquax et arrogāt:  
nō mendax neqꝫ iniurious: neqꝫ bilinguis:  
non susurro neqꝫ detractor: sed veritatē de-  
bet ex ore et corde p̄ferre. Lingua suā a mul-  
tiloquio tēperare: quia scriptū est: In mul-  
tiloquio non effugies peccatum. Oculos con-  
tra vanitatem claudere: Auditū a scurrilitate  
et falsitate: lmo ab omni eloquio malo auer-  
tere: Risū excelsū et excussū nō amare: Gut-  
tur et nasum ad illeceb̄ dulcū ciborū et sua-  
rium odorū nō libenter adhibere: sed ma-  
gis bonum et suauem odorem virtutū ape-  
tare. Man⁹ et pedes et omnia mēbra corpo-  
ratis peccato: sed magis potentię arma deo  
ad destruendū spiritualē inimicū. Lor quoqꝫ 20. 6.  
debet miles christi ante omnia sollicita custo-  
dia fuare: ne forte illud iactātia exrollat: ira  
instāmet: iuidia p̄foret: auaricia infester: libi-  
do exurat: tristitia grauet: corpor et ignavia  
oneret: Et ne illud qđ cūcīs graui⁹ est: q̄ no  
uitatū p̄sumptiōes heresis scindat. Qui enī

# Ser. CC. XLIX. Dñica XXV. p<sup>o</sup> trinitatis: Ser. I.

cordis occulta per continentiam quieta ser-  
uare intus contendit: ut igitur et membra cor-  
poris facilius contra prauos actus foris cu-  
stodit. Scriptum est enim: Omni custodia

prouer. 4. serua cor tuum: quia ex ipso vita procedit.

Item alibi: Vtors tecuz in introitu delecta-  
tionis posita est. Et saluator in euangelio:

Matt. 12. Bonus inquit homo de bono thesauro cor-

dis sui profert bonum: et malus homo de ma-

lo thesauro cordis sui profert malum. Et ite:

Matt. 15. De corde: ait: exeuunt cogitationes male: ho-

mocidia: adulteria: fornicationes. Cum ergo

fratres de cordis radice fructus sive boni si-

ue mali exeat: necesse est ut primum cor

mundemus: deinde carnem nostram per ie-

iunia et vigilia et labore: utilem castige-

1. Cor. 9. Dmus: ne carnis libido mente maculet. Diffi-

cile est enim ut in delitiis viuentes: mundum

cor habeant. Inde dixit apostolus: Casti-

go corpus meum: et in seruitutem subiici: ne

forte cum alijs predicem: ipse reprobis effici-

Gal. 5. ar. Et item: Qui autem christi sunt: ait: car-

nem suam crucifixerunt cum ipsis et concav-

Tit. 2. plicantibus. Sobrie quipe et pie viuamus in

hoc seculo: expectantes beatam spem: et ad-

uentum glorie magni dei: et saluatoris nostri

Iesu christi: qui dedit semetipsum pro nobis

Act. 16. ut nos redimeret ab omni iniuitate: et mul-

daret sibi populum acceptabilem: sectato-

rem honorum operum: ut cum venerit in ma-

iestate sua cum sanctorum angelorum mil-

ibus: pro bonis laboribus et sancta conuersa-

tione reddat nobis premia vite eternae po-

Ro. 2. tiusque pro desidia et voluptate presentis vite

cruciatum retribuat sempiternum: quia ve-

raciter de eo scriptum est: quod reddat singulis

filii opera: Iesus videlicet christus: qui cum

patre et spiritu sancto viuit et regnat deus: per

omnia secula seculorum: Amen.

sermo Dominica vicesima quinta: De ca-

stitate et mundicia: Sermo I

polluta: quia eternas merguntur in penas.

Castitas enim angelica est vita: castitas cum

humilitate spiritus sancti merebis habitati-

onem: quam expellit imundicia libidinum:

dicente scriptura: Corpus peccatis subditum Sap. 1.

spiritus sanctus effugiet. Hembra nostra de-

bent deo esse dicata: non fornicationi. Op-

ponat homo desiderio carnis sue eternorum

flammas tormentorum. Assuecat iuuenis ca-

stitatem: ut sic dignus sapientia dei. Ubi im-

mundicia est corporis: ibi habitatio diaboli-

ci spiritus: qui maxime gaudet in iniquina-

tione carnis nostre. Omnes immundicie deo

displacent: et maxime que non sunt natura-

les. Admonet itaque nos scriptura sancta di-

cens: Post concupiscentias tuas non eas: et Ecc. 18.

a voluntate tua auertere. Si prestas animę

tuę concupiscentias eius: faciet te in gaudium

inimicis tuis venire. Eiusmodi quoque salo-

mon sapientissimus proferebat sententias

de cauenda immundicia dicens: Fauus distil-

Prouer. 5. lans labia meretricis: et nitidius oleo gut-

tur eius: nouissima auteque illius amara qua-

si absinthium: et acuta quas gladii biceps.

Pedes eius descendunt ad mortem: et ad

inferos gressus illius penetrat: Per semitā

vite non ambulant: vagi sunt gressus illius et

inuestigabiles. Hunc ergo fili audi me: et ne

recedas a verbis oris mei. Longe fac ab ea

viam tuam: et ne apropinques foribus do-

muis eius. Hoc siquidem non solum de me,

retricum immundicia dixit: sed etiam de omni

carnis concupiscentia: que sollicitat animam

suam consentire suis desideriis. Sed ratio-

mentis prohibere debet imperius carnis: et

refrenare voluptates eius iniquas. Item il-

L le qui supra prohibet cohabitationem secu-

narum iuuenibus dicit: Numquid absconde-

Prouer. 6. re potest homo ignem in sinu suo: ut vesti-

menta illius non ardeant: aut ambulare su-

per prunas: et non comburenre plantę eius?

Sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui: no-

erit mundus cum tetigerit eam. Similiter et bear-

opus admonet nos: Bonum est inqens muli

1. Cor. 7. erem non tangere: quasi statim in tactu piculus

esset. Pulchra est enim casta iuuenum pudi-

citia et deo amabilitas: et ad omne bonum vitie

qui filios habet spirituales vel carna-

les: nutriat illos in castitate deo: non in for-

nicatione diabolo. Quid prodest homini fu-

lium habere: nutritre: amare: si ceteris eum

## Sancti Augustini de tempore

nutriat tormentis? Qui in castitate viuunt: angelicam habent in terris conuersationem. Castitas hominē celo coniungit: angelis facit ciuem. Qui mulierem haber legitimam: legitime utatur ea temporibus oportunis:  
2. Cor. 7. vt secundū apostolū possit vacare orationi: et benedictionē mereatur filiorum a deo accipere. Nemo dicat a fornicatione se custodiere nō posse. Fidelis enim est deus: dicit apostolus: qui non primit non temptari supra id quod portare possumus: sed faciet cum temptatione puentum. Talis vnicuique homini temptatione datur: siue in carnis desiderio: siue in ambitione seculi: vel etiā in quacunque temptationis molestia: qualem aut cum laude vincere: aut cum oprobrio succumbere poterit. Omnibus enim castitas p necessaria est: sed maxime ministris christi altaris: quorum vita aliorum debet esse eruditio: et assidua salutis predicatione. Tales enī decet dominum habere ministros: qui nulla contagione carnis corrumpanſ: sed potius continentia castitatis splendeant: et totis honestis fulgeant in populo exemplis: qui  
Leuit. 19. bus dominus per legistatorem dicit: Sancti estote: quia et ego sanctus sum domin⁹ deus vester. Deus enim lux est: et tenebrae in eo nō sūt ullæ: nec aliqua feditas ei sociari potest.  
1. Job. 1. Et ideo fratres charissimi: siue viri: siue feminæ: siue clerici: siue laici: sicut apostoli admissionem: mundemus nos ab omni iniquitate carnis et spiritus: pſcientes sanctificationem in timore dei. Studeamus: vt ei qui ad eternam suam gloriam nos vocauit placeamus: quatenus cum eo feliciter in eternum regnare possimus: prestante domino nostro iesu christo: qui cum patre et spiritu sancto viuit et regnat.

2. Cor. 7.

In eadem dominica: De inculta  
Sermo familiaritate extranearū mulierū:  
CC. L. Sermo II

A n Emo dicat fratres charissimi q̄ temporibus nostris martyrum certamina esse non possint. Habet enim et pax nostra martyres suos. Nam sicut frequenter suggestimus iracundiam mitigare: libidinem fugere: iusticiam custodire: auariciam contemne re: superbiam humiliare: pars magna martyrij est. Non incongrue dictum est fratres cba-

rissimi: Auariciam contemnere: iracundiam mitigate: libidinem fugere. Contemnenda est enim auaricia: que nobis ideo iniqua luxa procurat ut suos faciat nos. Noſtri enī essemus si illa nra nō esſet. Contemnenda est inquit auaricia: que velut ignis: quantum agis acceperit: tanto amplius querit. Iracundia vero mitiganda est: que prius nocituris impedit q̄ nocendis. Autem libidinem fugiendam esse suggerimus: apostolus paſlus euidenter ostendit: qui cum omnib⁹ virtutib⁹ p̄dicauerit resistendum: dum contra libidinem loqueretur: non dixit: Resistite: sed fugite fornicationē: Ac sic contra reliqua vitia deo auxiliante debemus in p̄ſenti resistere: libidinem vero fugiendo superare. Sic et alibi in scripturis diuinis legimus: Holi inquit Eccl. 5. in faciem virginis intendere: ne te scandalizet vultus eius. Et beatus ioseph ut impudicacem dominā posset euadere: pallium quo apprehensus fuerat reliquit et fugit. Ergo contra libidinis impetum apprehende fugam si vis obtinere victoriam. Nec tibi verecundū sit fugere si castitatis palmarum desideras obtinere. Unde fratres charissimi ab omnibus christianis: p̄cipue tamen clericis siue monachis indigna et inhonesta familiaritas fugienda est: quia sine villa dubitatione qui familiaritatē non vult vitare suspectaz: cito dilabif in ruinam. Sed forte negligens quibus et minus de anima siue salute sollicitus: responderet et dicit: Ecce ego et familiaritatē habeo mulierū extranearum: et tamē castitatis ornamenta custodio. Inſgl̄ix est et nimis periculosā ista p̄ſumptio. Multi enim dum se putabant vincere victi sunt. Sed dicit ali quis: Inter mulieres extraneas habitans continētiā teneo: et volo habere qđ vnicam. Quid est dicere: Volo habere qđ vnicam: nisi viuere desidero in ruina? Sed ego inquit libidinis impetu tanq̄ aduersariū meū volo captiuū iugiter retinere. Vide ne contra te incipiat ipsa captiuitas p̄ualere: et vbi te putabas obtinere triumphū: inde eternū incurras oprobriū. Inter oia christianorū certamina sola duriora sunt p̄lia castitatis: vbi quotidiana est pugna et rara victoria. Grauem castitas fortita ē inimicū: q̄ quotidie vincit et timeat. Et ideo sicut iam dictum est: nemo se falsa securitate decipiatur: nemo de suis virtibus periculoſe p̄sumat: sed audiat apostolus

## Ser. CC. L. Dñica XXV. p' Trinitatis: Ser. II.

1. Cor. 6. Iū dicentē: Fugite fornicationē. Dauid enī  
ille sanctissim⁹ in mille passibus mulierē nu-  
datam vidit ⁊ statim homicidū fecit ⁊ adul-  
teriū. Et aliqui in aliena domo cum extra-  
neis mulieribus putant se castitatis obtine-  
re triumphū: ignorantes dupliciter se apud  
deum reos existere: dum ⁊ seipso in pericu-  
lum mittunt: et alijs exemplū puerę famili-  
aritatis ostendūt. Quāticūcē em̄ illorū stu-  
ticiam imitantē p̄ in honestā familiaritatē  
castitatis ornamēta pdiderint: illorū animē  
ab illis in die iudicij requiren̄t: qui eis exem-  
plū p̄ditionis ostendūt. Et ideo frēs charissi-  
mi contra mortifera blandimenta: et contra  
adiutores diaboli q̄ familiaritatē suspectaz  
habere nec metuū nec erubescūt: ne nos ex-  
emplo suo decipient dei adiutoriū implore-  
mus iugiter: vt nos d̄ laqueo venantū libe-  
rare dignēt: sciētes q̄ i malis omib⁹ q̄ supra  
dixim⁹ christianis q̄tidiana martyria deesse  
nō possūt. Si em̄ castitas et x̄itas ⁊ iusticia  
christ⁹ est: sic ⁊ ille qui eis iussidā psecutor  
est: et ille qui ⁊ alij defendere ⁊ in se custo-  
dire voluerit: martyr erit. Et ideo q̄ hec tota  
animi virtute ⁊ ipse diligit et vt alij diligāt:  
et verbis simul ⁊ exemplis ostendit: et vbi-  
cūcē veritas v̄l iusticia siue castitas laborat:  
quātum p̄ualet se etiā vltro iugiter et fm q̄  
vires habuerit defendere cōtendit: non vna  
sed plures coronas deo remunerāte p̄cipiet.  
Et vt hec obtainere cuž dei adiutorio merea-  
mur: non solū ab extranearū mulierū fami-  
liaritate: sed etiā ancillarū nostrarū v̄l qua-  
rūcūcē vicinarū aut filiē aut alūng aut an-  
cillę vnuſquisq̄ familiaritatē vel secretā col-  
locationē vitare cōtendat: quia quāto earū  
vicinior cōditio: tanto facilior ruina est. De  
familiaritate em̄ talis salomon nos admo-  
net dicens: Nūquid alligabit q̄s ignē in sinu  
suo ⁊ vestimēta eius non ardebūt? Aut am-  
bulabit q̄s sup prunas ⁊ nō cōburen̄t plāte  
ei⁹? Et illud: Preciū meretricis vix dimidiū  
panis: mulier autez p̄ciosam viri animā ca-  
pit. Et quanta iniqūitas ⁊ q̄ lugenda puer-  
itas: ita vt animā quam christus sanguine  
suo redemit: luxuriosus quisq; ppter vnius  
momenti delectationem libidinis diabolo  
vendat. Vlere enim nimium plangenda: et  
miseranda cōditio est: vbi cito p̄terit q̄d de-  
lectat ⁊ per diabolū in cruce manet sine fine  
q̄d cruciat. Sub momento em̄ libidinis im-  
petus transit et oprobrium infelicitis animē

pmanet. Sed dicit alijs: homo iuuenis sū: facio qđ me delectat: et postea penitentiam ago. Hoc est dicere: percutio me gladio cru- deli: ⁊ postea ad medicum vado: et nescit q̄ vnius horę in puncto vulnus accipit: et vix longo tempore ad sanitatem pristinam re- uocatur. Qui enim adulterans: dicit se post ea penitentiā acturum: quare non timet ne eum subitum piculum sugueniens rapiat: ⁊ pereat illi delectatio: et succedat illi damna- tio! Et de infelici libidine vnde supra dixi- mus credendum est illud qđ p̄pheta dixit: Quomodo confractus est malleus vuiuerse terre? Quis autem post aduentū domini p̄ innumerabilia monasteria: ⁊ per clerós vel laicos castitatem seruantes quasi cōfractus esse malleus videat ille: adhuc tamē qđ pe- ius est multo plures sunt: q̄ ab ipso malleo confringunt: q̄ illi q̄ de ruina vel collisione ip̄s⁹ liberant. Unde iterum atq̄ iterum ro- go: vt diligentius consideremus: ⁊ quātum possumus timeamus qđ domin⁹ in euange- lio dicit: Qui viderit mulierē ad cōcupiscen- dum eaz: iam mechatus est cā in corde suo. Pro qua re sicut iam dictum est: non solum ab extraneis mulieribus sed etiā ab ancillis p̄p̄ris refrenāda est ⁊ secreta familiaritas ⁊ oculorū incauta fragilitas: Ne impleat ī no- bis illud qđ p̄phā terribilis clamat: Intra- uit mors p̄ fenestrās vestras. Per q̄s em̄ fe- nestras mors ad animas nřas ingrediēt: nisi p̄ visum oculorū: ⁊ auditū aurium? Si p̄ lin- guā aut amico tuo aut seruo tuo iussertis vt ad te meretrix adducaſ: p̄ os tuuz ad animā tuā gladius eternę mortis ingrediēt. Si enī consiliuz malum libenter audieris: si detra- bentem vel aliquid luxuriose loquētem: aut etiam cantica turpia p̄ferentem nō respuis: per cordis fenestram mors intravit in ani- mā tuā. Et quia dominus dixit: Qui vide- rit mulierem ad concupiscēdā eam: iā me- chatus est eam in corde suo: intelligit: q̄ vo- luntas perfecta faciendi reputabit pro ope- re facti: Ac sic dū aliquis libidinoso animo cōsiderat: per fenestram corporis in secretū cordis venenum mortis instillat. Talis em̄ cogitatio etiam si aliquo impedita casu nō impleat voluntatē suam: nibilominus acti- onis crimine condemnāt a domino: Ac sic illa casta est cum qua libidinis malum vo- luit exercere: et ille iam adulter tenetur in corde. Et ideo audiamus prophetā dicentē:

*Hiere. 50.*

*Watt. 5.*

*Hiere. 9.*



## Ser. CC. LI. Dñica XXVI. si occurrat: Ser. I.

Prov. 4. Omni custodia cōserua cor tuum. Et illud:

Job. 118. Auerte oculos meos ne videant vanitatem.

Quomodo enim si aliquis carbones ignis apprehēdat: si eos cito piecerit nihil nocebit: si vero diutius tenere voluerit: sine vulnero eos tactare nō poterit: Ita et ille qui ad cōcupiscentiū oculos desixerit: et libidinis malū i corde suscipiēt moras in suis cogitationibus habere p̄mis̄erit: executere eas a se sine anime occidente vel plaga non poterit. Et ideo cu<sup>z</sup>

Job. 14. p̄pheta iugiter clamemus: Oculi mei semp ad dominū: quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos et cetera.

Item in eadem dñica: de eo quod scriptum est in euangelio b̄m Johā, Job. 6. nem: Cum subleuasset iesus oculos et cetera. incipiens: Miracula q̄ fecit dominus et cetera. que sumpta est de expositione doctoris Ibidem.

Dñica vicesimasexta si occurrat: Job. 45. de eo quod scriptū est: Vacate et vi-  
Homo dete qm ego sum deus et cetera. Ser. I  
CC. LI.

A Liendum est fratres charissimi: q̄ ideo a sanctis patribus nostris constitutū est christianis et mandatū: ut in solēnitatibus sanctorū et maxime in dominicis diebus oculū haberent: et a terreno negocio vacaret: ut paratiōres et promptiores essent ad diuinū cultū: cum nō haberent q̄d eos inde retardaret in cōmodū: reliqueretq; eo tempore terrenā sollicitudinē: quo faciliter possent dei intendere voluntatē. Inde ipse dominus p̄ prophetā dicit: Vacate et videte: quoniam ego sum deus. At hi qui diuersis curis ac negocijs implicati: hanc sententia dei spernūt: et diuine cōtemplationi vacare nolunt: timeo q̄ in futuro iudicio illis ianuam dñi pulsantib; atq; apiri poscētibus: dominus respondeat: Amen dico vobis: nescio vos. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatē. Et qui modo deum querere negligunt: ab ipso tunc respuunt. Idcirco fratres mei nō sit vobis molestū: in dominicis diebus et in natalicjhs sanctorū diuino stude re cultui. Dominicū ergo diē apostoli et apostolici viri ideo religiosa solennitate haben- Matt. 28. dum sanxerunt: quia in eodem redemptor noster a mortuis resurrexit. Quiq; ideo dominicus appellatur: ut in eo a terrenis operi-

bus vel mundi illecebris abstinentes: tūm vi unis cultib; seruamus: dantes scilicet diei huic honorem et reverentiam: propter spem resurrectionis nostre: quā habemus in illa. Nam sicut ipse dominus iesus christus et saluator resurrexit a mortuis: ita et nos resurrectiōes in nouissimo die speramus. Aparet autem hunc etiā in scripturis sanctis esse solennem. Ipse enim est primus dies seculi: In hī dī. ipso formata sunt elementa mundi: in ipso creati sunt angeli: in ipso quoq; a mortuis Matt. 28. resurrexit christus: in ipso de cōclis spūssan- Eccl. 1. ctus sup apostolos descendit: manna in eo. Eto. 16. dem ī heremo primum de celo datum est. His L enim speciebus ac talibus indicis: domini ca dies extat insignis: Ac iō sancti doctores ecclēsiae decreuerunt omnē gloriā iudaici sabatismi in illam trāsferre: vt q̄d ipsi in figura: nos celebraremus i veritate: Quia tunc erit requies nostra vera: quando resurrectio fuerit p̄petrata: et remuneratio in anima et corpore simul p̄fecta. Obseruemus ergo diē dominicā fratres et sanctificem illam: sicut antiquis p̄ceptum est de sabbato: dicentele ḡssatore: A vespere usq; ad vesperam celebribatis subbatā vestra. Gladeamus ne oculū nostrū vanum sit: sed a vespera diei sabbati usq; in vesperam diei dominici sequestrati a rurali opere: et ab omni negocio: solo diuino cultui vacemus. Sic quoq; sanctificamus rite sabbatū domini: dicente domino: Omne opus nō facietis in eo. Veniat ergo p̄ cuiuscunq; possibile sit ad vespertinā atq; nocturnā celebrationē: et oret ibi in conuentu ecclēsiae p̄ peccatis suis deum. Qui vero hoc non possit: saltem in domo sua oret: et nō negligat deo soluere votum: ac reddere pensū seruitur. In die vero nullus se a sacra missa rum celebrationē separat: neq; ocosus quis domi remaneat: ceteris ad ecclēsiā p̄gentibus: neq; in venatione se occupet: et diabolico mancipē officio: circiuagādo campos et silvas: clamorem et cachinnū ore exaltans: non gemitū nec orationis verba ex intimo pectore ad deum p̄ferebant. Adhuc quoq; q̄d E detestabilius est ad ecclēsiā aliqui venientes non intrant: non inserviant p̄cibus: nō expectant cum silentio sanctā missarum celebrazione: sed quando lectiones diuine intus legunt: tunc ipsi foris aut causas dicere: aut diuersis student calumnijs impugnare: aut videlicet in alea vel in iocis inutilibus insu-

## Ser. CC. LII. In Anniversario dedicatiōis tēpli: Ser. I.

dare. Aliquotiens enim qđ peius est aliqui nimia iracundia succendunt: et amarissime rixant: ita ut armis se vel fustibus alterutru impetant: et s̄epe homicidiū ppetrent: et hoc ab illis maxime sit: qui pleni inuidia et odio: diabolo ductore in cōuentū ecclesię pgunt: non vt semetip̄os adiuuent: sed vt alios lēdant. Tales etiam si homicidio ibi pereunt: aut subita morte rapiunt: quo alias: n̄ illi cuž ipso cuius secuti sunt vestigia vadūt in eterna tormenta! Nolite h̄ec facere fratres mei: nolite vos metip̄os decipere: nolite in conuentu vestro locuz dare diabolo: sed magis vos metip̄os pparate hospitiuž christo. M̄ ergo foris fabulis: sed int̄ psalmodię et orationibus studete. Nolite inuidem in ecclesia verbosari: sed quieti estote. Sunt enim plurimi: et p̄cipue plereq; mulieres: que ita in eccl̄ia garriunt: ita verbosant: vt lectiones diuinās nec ipse audiant: nec alios audire pmittant. Nūquid talis conuentus: cum talis ordine in domo dei debet fieri: aut taliter decet in conspectu dei et sanctorum angelorum eius assistere? Adhuc quoq; quod valde dolendum est conqueri vobiscum volo: quia sunt aliqui: et maxime potentes istius mundi: cum veniunt ad eccl̄iam: non sunt deuoti ad laudes dei celebrandas: sed cogūt p̄sbyterum ut abbreviet missam: et ad eorum libitum cantet: nec et licet morem ecclesiastici sequi propter illorū gulam et avariciā: quatenus vñus punctus diei ad dei officiū: et reliquum diurnum spacium cum nocte simul ad eorum deputet voluntates. Nolite fratres mei dilectissimi h̄ec facere: nolite h̄ec facientibus consentire: quia non solum qui h̄ec faciunt: sed etiam qui consentiunt facientibus pereunt. Ante omnia ergo causas in festiuitatibus nolite dicere neq; audire: sed alio tempore et cum iusticia: nec munera accipiendo subuertatis iusta iudicia: quia fm̄ domini sententiā: quocūq; iudicio iudicaueritis: iudicabis de vobis. Nullus se vestru inebriet: quia ebrius insano simillimus est. Nolite in hominibus bibendo nomina vestra delere de celo. Sunt quidem multi qđ peius est: qui non solum leip̄os inebriant: sed etiam alios cogunt et adiurant: vt amplius qđ expedit bibat: et inde s̄epe inter eos nascunt iurgia et homicidia. Nūquid openatis fratres: cuius isti in hoc sequant volūtem? Ebrios enim: ait apostolus: et homi-

cidē regnum de non possidebunt. Obsecro **B** vos dilectissimi patres et matres: frates et sorores: per nomē domini nostri iesu christi: et per regnum venturi eius ac iudicium: vt **2. Thessal. 3.** subtrahatis vos ab omni homine ambulante inordinate: et digne ambuleris vocatione qua vocati estis: nec negligatis honorē vestrum: neq; parvipēdatis redemptionē que est in christo iesu. Filii dei nuncupati estis: quia verus filius dei vos liberauit. Stude te bonis morib⁹ tanto parenti placere: quatenus vos non vt nequissimos seruos pretuam tradat ad p̄gnam: sed vt charissimos filios supernā ducat ad patriam: vt sitis coheredes filij eius iesu christi: cū quo viuit et regnat deus in unitate sp̄uſsancti: qđ omnia seculi seculorū: Amen.

### In Anniversario dedicatiōis eccl̄ie vel altaris: Sermo I CC. LII.

**C**lotiensiq; fratres charissimi alta **A** ris vel templi festiuitatē colimus: si fideliter ac diligenter attendimus: et sancte ac iuste viuim⁹: quicquid in templis manufactis agitur: totum in nobis spirituali edificatiōe complef. Non em̄ menti⁹ est ille qui dixit: Templū em̄ dei sanctū est qđ estis **1. Cor. 3.** vos. Et iterū: Nescitis quis corpora vestra **1. Cor. 6.** templū sunt sp̄uſsancti qui in vobis est: Et ideo fratres charissimi: quia nullis pcedentibus meritis: per gratiā dei meruimus fieri templū dei: quātuž possumus cum ipsius adiutorio laboremus: ne dominus noster in templo suo: hoc est in nobis sp̄is inueniat qđ oculos sue maiestatis offendat: sed habitaculum cordis nostri euacueſ virtūs et virtutibus repleatur: claudat diabolo: et aperiatur christo: et ita laboremus ut nobis bonorum operum clauibus ianuam regni cœlestis apere possimus. Sicut enim malis operibus quasi quibusdam seris ac vectibus vite nobis ianua clauditur: ita absq; dubio bonis operibus aperitur. Et ideo fratres charissimi **B** mi vñusquisq; consideret conscientiā suam: et quando se aliquo criminē vulneratuž esse cognouerit: prius orationibus: sciunijs vel elemosynis studeat misereare conscientiā suā: et sic eucharistiam p̄sumat accipere. Si enim agnoscens reatum suum ipse se a diuino aſtori subtraxerit cito ad indulgentiaz diuine misericordie pueniet: Quia sicut qđ se exaltat **Luc. 14. et. 18.**

## Sancti Augustini de tempore

humiliabif: ita econtrario: qui se humiliat exaltabis. Qui enim sicut dixi: agnoscens reatum suum ipse se humiliiter ab altari ecclesie p emendatione virg remouere voluerit: ab eterno illo et celesti coniuicio excōmunicari penitus non timebit. Rogo vos fratres diligenter attēdite: si ad mensā cuiuscumque potētis hois nemo psumit cū vestibus cōscissis et inquinatis accedere: quātomagis a conuiuio eterni regis: id est ab altari domini debet se vniusquisque inuidiē vel odij veneno p̄cussus: iracundię furore repletus cum reuertentia et humilitate subtrahere: ppter illud qđ scriptū est: Glade p̄us recōcialiare fratri tuo et tūc veniēs offeres mun̄tuū. Et iterū: Matt. 22. Amice quomodo huc intrasti nō habens vestē nuptiale? Sicenim habet textus euangelicę lectionis et quidam fecerit nuptias filio suo: et intrauerit ut videret simul recubētes: et videntib⁹ ibi hominē non habentem vestem nuptiale: dixit ad eum: Amice quomodo huc intrasti nō habens vestem nuptiale? Et illo obmutescente: dixit ministris: Ligate illis manus et pedes et proīcite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dētium. Ecce quamē sententiā merebis audiēre qui ad conuiuū nuptiale: id est ad altare domini: aut ebriosus: aut adulter: aut odiū in corde retinens: psumit accedere! Auertat hoc deus a nobis fratres charissimi: et concedat ut mala ista aut nunq̄ velimus admittere: aut si admissa fuerint sine villa mora p̄cnitentia vel pace studeamus sanare et largioribus elemosynis festinem⁹ abluerere: ne forte si cum peccatorum vulneribus ante tribunal eterni iudicis venerimus: ab illa eterna ecclesia: et ab illa celesti hierusalem perpetua excōmunicatione separemur. Considerate fratres: rogo vos si hodie aliquis a conuentu ecclesie huius pro aliquo crimine proīcitur foras: in quanto dolore vel tribulatione erit anima sua? Et si intolerabilis dolor est de illa ecclesia foras proīci: vbi ille qui proīcitur et manducare et bibere et cum hominibus loqui potest: et habet spem ut iterū meatur ad ecclesiā reuocari: quātus putatis dolor ille erit si aliquis pro criminibus suis ab illa ecclesia que in celis est a conuentu angelorum vel sanctorū omnium cōgregatione fuerit separatus: cui nec hoc solum sufficiet ad pgnam et foris proīcit: sed insup in tenebras exteriores eterno incendio concreman-

dus excludit? Qui enim in illa celesti hierusalem excōmunicari meruerit: non solū hoc pgnē habebit et nec māducere vel bibere poterit: sed etiam flamas infernales sustinet: vbi est fletus et stridor dentium: vbi vultus: lamentatio et penitēcia sine vilo remedio: vbi est vermis ille qui nō morit: et ignis Isa. 66. qui nunq̄ extinguit: vbi mors querit: et non inuenit. Quare in inferno mors querit: et non inuenit? Quia quibus in hoc sc̄culo vita offertur et nolunt accipere: in inferno querunt mortem et non poterunt inuenire. Vbi erit nox sine die: amaritudo sine dulcedine: obscuritas sine lumine: vbi nec diuitiae: nec parentes: nec coniuges: nec filii: nec vicini potuerunt subuenire: vbi nihil peccator inueniet: nisi qđ de hoc sc̄culo caste et iuste viviendo p elemosynarū largitatē transmiserit. Hęc ergo cogitantes fratres charissimi: tam casti: et tam sobri: et tam pacifici ad istud altare deo auxiliāte studeamus accedere: et ab illo eterno altari non mereamur excludi. Qui em̄ ad istud altare casto corpore et mundo corde cum munda et secura conscientia venit: ad illud altare qđ in celis est felici transmigratione pueniet. Ad extremum fratres et charissimi non est graue nec laboriosum qđ suggero: hoc dico quod vos frequenter facere aspicio. Omnes viri quādo cōmunicare desiderāt: lauant manus suas: et omnes mulieres nitida exhibēt lintheamina vbi corpus christi accipiāt. Non est graue quod dico fratres: quomodo viri lauant aqua manus suas: sic elemosynis lauent conscientias suas. Similis et mulieres quomodo nitidū exhibent lintheolū vbi corpus christi accipiāt: sic corpus castum et cor mundum exhibeant ut cum bona p̄scientia christi sacramēta suscipiant. Rogo vos fratres: nūquid est aliquis qui in arca sordibus plena velit mittere vestem suam? Et si in arca sordibus plena vestis non mittitur preciosa: qua fronte in christi eucharistia suscipit? Et quia istis verissimis exemplis loqui cēpimus: etiā et hoc quod non nostis insinuo. Non puto esse aliq̄ hōsem q̄ in arca sua vbi p̄ciosas vestes habet repositas acq̄escat aut carbonē viuis aut qualēcumq̄ sc̄nillam includere. Quare hoc fratres? Quia timet ne comburant vestimenta quibus in festivitate induit. Rogo vos fratres: qui in arca sua non vult sc̄nu-

# Ser. CC. LIII. In Anniversario dedicatiōis tēpli: Ser. II.

tillā ignis includere: q̄re in anima sua flam-  
mā iracundie non timet accendere? Sed qua-  
re hoc stat: manifeste et evidenter cognosci-  
mus. Ideo enim in arcā ignem nō mittim⁹:  
quia diligimus vestem nostrā: flammā x̄o  
iracundie ideo non extinguius: quia non  
soltū nō diligimus: sed etiā odio habemus  
animā nostrā: scđm id quod scriptum est:  
¶. 10. Qui diligit iniquitatem odit animā suam.  
¶. 5. Et ideo fratres charissimi exempla ista attē-  
tius cogitantes: arcellas interiores: id est cō-  
scientias nostras quātum possumus cū dei  
adiutorio custodiare diligentius studeamus:  
vt cum dies iudicij aduenerit: in illa eterna  
et beata ecclesia: vbi nūc habitare poterit  
malus: ynde nūc exiturus est bonus: non  
cum pannis veteribus foras in tenebras ex-  
teriorēs exclusi appareamus: sed stola imor-  
talitatis induit: castitati v̄lūsticē gemmis  
ornat: elemosynaz luce vestiti audire mere-  
amur: Venite benedicti patris mei p̄cipite  
regnum. Et illud: Serue bone et fidelis in-  
tra in gaudiū domini tui. Ad quod gaudiū  
nos dominus sua p̄tectione perducat: Qui  
viuit et regnat in secula seculorum: Amē.

Sermo  
CC. LIII

A

Eodem die: Sermo II

¶. 1. Ecce festa ecclesie colunt: qui se ecclē-  
sie filios esse recognoscūt. Hęc enim  
omnium credentium mater est: que  
natos a morte regenerat ad salutem. Hęc est  
post synagogam quidez vocata: sed ante sy-  
nagogam promissa. Hęc enim iam in primo  
homine p̄figurata est. Nam sicut ex ade late-  
re fabricata est eua: ita ex christi corpe et vul-  
nere redempta crevit ecclesia. Hęc intra arcā  
diluicio exundante seruata: crucis beneficiū  
et baptismatis mysterium p̄signauit. Hanc  
sara sterilis et desperata in senectute ynico  
pignore secunda precinīt: qđ ecclesia vni-  
cum: id est dilectissimū deo populum seculo  
¶. 2. Biam senescente p̄genuit. Hęc est regina illa:  
de qua ad dominū dicitur: Astitit regina a  
dextris tuis in vestitu deaurato circūamicta  
varietate: id est diuersarū cīrcūdata p̄cioſo  
decore virtutū. Hęc ē illa regina: que venit a  
partibus ethiopię audire sapientiā salomo-  
nis. Sed hęc non tam ex yna regione qđ ex  
vniuersi mundi partibus reges paritura  
conuenit: sicut etiam euangelista cōmemo-  
rat: Regina austri venit a finib⁹ terre au-

dire sapientiā salomonis. Venit ecclesia ad  
redempṭorem et eruditorem suum: vt de stu-  
tia erroris doctrinam p̄cipere veritatis.  
De qua plenius sicut audiūmus regnorū  
scribit historia ita dicens: Et ingressa regina 3. Regi. 10  
hierusalē cum multo comitatu et diuitijs cū  
camelis portantibus aromata et aurum in-  
finitum nimis et gemmas p̄ciosas: venit ad  
salomonem: et locuta est ei vniuersa que ha-  
bebat in corde suo. Ergo in figura reginę hu-  
ius ecclesia venit ex gentibus: et a finib⁹ ter-  
re: imponens finem cupiditatibus vitij qđ  
terrenis: vt audiret sapientiā salomonis: id  
est veri pacifici domini nostri iesu christi: qui  
fecit vtraq; vnum: soluens inimicitias inter Ep̄. 2.  
deum et hominē in carne sua. Venit post ve-  
teres et p̄pbanas superstitiones audire et disce-  
re de fidei illuminatione et iudicio futuro: de  
anime immortalitate: de spe resurrectionis  
et glorię. Venit ergo in hierusalē cum multo  
comitatu: id est non tam cum vna tantū gen-  
te iudiciorū: sicut prius synagoga solos ha-  
buit hebreos: sed totius mundi gentibus  
diuersis nationibus. Venit ergo exhibens 3. Regi. 10  
munera digna christo: aurum et gemmas p̄-  
ciosas: et hoc camelis portantibus: id est ex  
gentili populo venientibus qui prius fue-  
rant vitiorum feditate distorti: et malorum  
onere curui: ac peccatorum prauitate defor-  
mes. Cum his tanq; muneribus regina hęc  
ingredit ad pacificū regem christū exhibens  
fidei aurum: puritatis incensa p̄ciosa: splen-  
doresq; gemmarū: morum scilicet insignia  
et ornamenta virtutū: et locuta est ei vniuer-  
sa que habebat in corde suo: id est aperuit ei  
cor suum: manifestauit ei occulta conscienc-  
tię suę in cōfessione et p̄nitūdine p̄cedentiū  
delictorum. Videamus quid agat hęc regi-  
na. Videlis inquā regina saba omnē sapi-  
entiam salomonis: et domū quam edificaue-  
rat: et cibos mensē eius: et holocausta que of-  
ferebat in domo domini: nō habebat v̄lta  
spiritum. Quid erat rationis: vt p̄potens  
regina: domus expensas: et cibos regios tā-  
topere mirare? Ergo hoc loco aliqua mai-  
ra nos oportet iquirere. Videlit ergo ecclesia  
ex gentibus congregata sapientiam christi:  
id est post carnalia instituta gentilium: post  
humana et animalē doctrinam philosopho-  
rum: accepit intellectū salutis: et vite inspe-  
xit spiritualium mēbra honorū: agnouit verū  
fabricatorem celi et terre: et potentissimū hū-

R. 2

# Sancti Augustini de tempore

mani generis conditorem: de cuius sapientia dicit: Omnia in mensura et pondere et numero constitueristi. Tidit et domum quam edificauerat: id est incarnationem hominis assumptam corporaliter. Tidit et cibos mensa salomonis: id est illos de quibus dominus dicit: Adhuc cibus est: ut faciam voluntatem eius qui me misit pater. Cibus enim christi est salus nostra: reficit celestibus epulis: profectibus nostris. Cibus eius sumus: dum acquisisti ecclesie in membra eius corpus tradidimus. Tidit cibus eius altaris sacramenta celestia sunt: de quibus dicit: Panem celi dedit eis: panem angelorum manducauit homo. Tidit et holocausta eius: orationum sine dubbio supplicationumque mysteria: et obstupuit ubi vidit inestimabiles diuinitas domini sui dixitque ad regem: Uerius sermo est quem audieram in terra mea super sermonibus tuis et super sapientia tua: et non credebam narratibus donec ipsa vidi et vidi oculis meis: et probavi quod media pars nunciata mihi non fuisset. Maiores sunt sapientia et opera tua: quod rumor quem audiui. Cum ergo puenerit regina huc siue ecclesia siue quocunque anima sancta in eternam hierusalem: id est visionem pacis: et ingressa fuerit beatam requiem et gloriam celestium promissorum: multo plura et magnificentiora spiciet quod ei sunt in hac terra per sacra eloqua: per prophetas atque apostolos nunciata. Hunc enim tantum in speculo et in enigmate: tunc autem oculis suis videbit: id est facie ad faciem. Tunc beata et illustris anima inter stupendas remuneratoris sui constituta diuinitas: ineffabilibus regnique huius verbis ut ad deum poterit dicens: Uerius est sermo quem audiui in terra mea super sermonibus tuis: maiores sunt opera tua quod rumor quem audiui. Et reuera id quod parat deus diligentibus se: fide non comprehendit: spe non tangitur: charitate non capit: desideria et vota transgreditur. Acquiri potest: estimari non potest. Habet de perceptione fructum: non habet de facie fastidium: Ad quem vos bona prudescunt: qui vivit et regnat in secula seculorum: Amem.

Sedem die: Sermo habitus in  
Sermo regio tertio: In basilica sancti Petri  
CC. LIII. tri Carthagin. III

Ecorem domus dei: et locum tabernaculi claritatis eius diligimus: si et Ps. 25. nos ipsi sumus. Quis ergo decor est domus dei et locus tabernaculi claritatis eius: nisi templum eius: de quo apostolus dicit: Templum enim dei sanctum est: quoniam etsi vos? 1. Cor. 3. Sicut ergo in fabricis manufactis cum elegantia et magnifice construunt: corporalis noster mulceatur aspectus: ita cum lapides viui: id est corda fidelium charitatis vinculo continetur: decor est domus dei: et locus tabernaculi claritatis eius. Discite ergo quod amare debetis: ut amare possitis. Qui enim diligit decorum domus dei: non est dubium quia ecclesiam diligit. Non in fabrefactis parietibus et tectis: non in nitore marmorum et laquearibus aureis: sed in hominibus sicut libris: sanctis: deum diligentibus ex toto corde suo: et ex tota anima sua: et ex tota mente sua: et proximum suum tanquam seipsum. Sed in congregatione christiana quantum pertinet ad participationem et communionem sacramentorum: multiplicati sunt super numerum. Alius Ps. 19. est ergo numerus: alij super numerum. Numerus est: de quibus dicit apostolus: Nouis do: 2. Tim. 11. minus qui sunt eius. Super numerum autem: Quoniam in magna domo non solum vas ab aliis sunt aurea et argentea: sed et lignea et fictilia: alia quidem in honorem: alia in contumeliam. Numerus ergo vasorum in honorem: Super numerum autem vas in contumeliam. Cum ergo sint ista duo genera vasorum: numquid dubitamus ubi sit decor domus dei: Si ergo vas diligere: agis quod catasti: decorum domus dei: et locum tabernaculi claritatis eius: Quere vas in honorem: et nolo dicas: Quiesci et non inueni. Ideo enim quiescisti et non inuenisti: quia quod quiescisti tu non fuisti. Similis simili cogret: dissimilis dissimiles refugit. Si fueris vas in contumeliam: proculdubio vas in honorem gravem modo quidam de quodam dicant: Grauis est Sop. 2. nobis etiam ad videndum: Quoniam tibi graue est ad videndum: quando erit apertum ad inueniendum: Vasa enim ista interiorum hominum sunt. Non utrumcum cum visus fuerit iustus: iaz agnoscatur iustus. Eudem aspectum habet iustus et iniustus. Ut et homo: sed non ut et homo: domus dei. Et si ambo christiani appellantur: utrumque vas: sed non utrumque in honorem: sed aliud in honorem: aliud in contumeliam. Ps. 19.

# Ser. CC. LIII. In anniuersario dedicatiōis tēpli: Ser. III

**Timot. 4.** quid propter mala yasa deserenda est do-  
mus magna? Nouit vti deus: id est domin⁹  
magn⁹ domus et yassis in honorem et yassis  
in contumeliā. Sicuti est malorum male vti  
etiam bonis: sic econtra dei bene vti etiam  
malis. Quantis bonis vtuntur malis? Om-  
nis enim creatura dei bona est: Quomodo  
ea male vtuntur malis? Quomodo eos incre-

**Jacobi. 4.** pat scriptura dicens: Petitis et non accipi-  
tis: eo q̄ male petatis: vt in concupiscentijs  
vestris insumatis. Quod nomen accepe-  
runt isti male vtentes bonis dei? Sequi-  
tur et dicit: Adulteri. Unde adulteri? Re-  
scitis quia amicus huius mundi inimicus  
deo constituit? Adulteri inquit. Sunt ani-  
me adulteri: sunt fornicarie. Discutiamus  
eas. Fornicari⁹ anim⁹ sunt: multis dijs fal-  
sis quodāmodo prostitute. Adulteri au-  
tem tanq̄ legitimo iam coniugio copulat⁹:  
et ipsi legitimo coniugio non seruantes ani-  
me castitatem. Ut hoc dicam expressius:  
pagani anima fornicaria est: christiani mali  
adultera. Pagani anima fornicaria: legiti-  
mū virum nō habet: sed q̄ diversa demona  
prostituta corrumpit. Christiani aut̄ aliqua  
readultera est: quia nec castitatem diligit:

**E**nec virum deserit. Non ergo dicas: Quare  
**imot. 5.2.** sunt isti in domo dei? Responde⁹ tibi: Cla-  
sa sunt in contumelias. Nouit eis vti deus.  
Non errat qui creauit: quoniam qui potuit  
creare: nouit ordinare. Habent in domo ma-

**etra. 18.** gna locum suum. Si aut̄ queris a me: quo-  
modo eis bene vtatur deus: fateor dei cōs-  
cium sicut homo explicare non possum. No-  
ui enim cu⁹ paulo apostolo expauescere: qđ  
et̄ illi cum consideraret et expauit: et expa-

**Bo. 11.** uescens exclamauit: O altitudo diuitiarum  
sapienti⁹ et scienti⁹ dei: q̄ inscrutabilia sunt  
iudicia eius: et inuestigabiles yic eius. Quis  
enim cognouit sensum domini: aut quis cō/  
siliarius eius fuit: aut quis prior dedit illi et  
retribuet illi? Quoniam ex ipso et per ipsum  
et in ipso sunt omnia: Ipsi gloria i secula se-  
culorū. Nobis consideratio: admiratio: tre-  
mor: exclamatio: quia nlla penetratio. Ipsi  
autem quid? Gloria in secula seculorū. Siue  
de yassis in honorem: siue de yassis in contu-  
meliam: ipsi gloria in secula seculorū. Alios  
coronat: alios damnat: nusq̄ errat. Alios  
probat: de alijs pbat: omnes ordinat. Quid  
faciunt inquit in hoc mundo homines ma-

lis? Respo⁹ de mibi: in fornace aurificis palea  
quid facit? Puto non ibi esse sine causa pa-  
leam: vbi aurum purgatur. Videamus que  
ibi sint omnia. Fornax est: palea est: aurum  
est: ignis est: artifex est. Sed illa tria: aurū:  
palea: ignis in fornace: artifex ad fornacem.  
Attende etiam istum mundum. Mundus:  
fornax est. Palea: homines mali. Aurū: ho-  
mines boni. Ignis: turbulatio. Artifex: de⁹.  
Attende et vide: Aurum non purgat si pa-  
lea non vratur. Vide aurum in hoc ipso psal-  
mo: vbi diligimus decorum domus dei: et lo Ps. 25.  
cum tabernaculi claritatis ei⁹. Vide ibi au-  
rum: vide vocem auri. Purgari cupit: Proba  
me domine et tempta me. Proba me in-  
quit dñe et tempta me: Et vide si non ignem  
querit. Proba me et tempta me: vre renes  
meos et cor meum. Non times ne in igne de-  
ficias? Non inquit. Quare? Quia misericor-  
dia tua ante oculos meos est. Ecce inquit  
quare securus dico: Proba me domine et te, Ps. 25.

pta me: vre renes meos et cor meum: non  
quia idoneus sum viribus meis ignem susti-  
nere temptationis: sed quia misericordia tua  
ante oculos meos est. Qui mibi inquit do-  
nasti ut aurum probatum essem: in fornace pe-  
rire pmittis? Prorsus mittis purgandum:  
eūc purgatu⁹. Lustodiat dominus introi-  
tum tu⁹ et exitum tu⁹. Vide ipsum exitu⁹: vi G  
de ingressum in fornace. Omne gaudiū exi-  
stimate fratres mei: cum in temptationes va-  
rias incideritis. Ecce audisti ingressu⁹: que-  
re exitum. Facile enim est intrare: exire ma-  
gnum est. Sed noli timere. Fidelis deus.  
Nempe quia ingressus fueras: de exitu cogi-  
tabas. Fidelis deus qui non vos permittit 1. Cor. 10.  
temptari supra id quod potestis: sed faciet  
cum temptatione etiam exitum. Quid est  
exitum? Ut possitis sustinere. Intrasti: inci-  
disti: sustinuisti: existi. Magna materies est  
purgationis bonorum: abundantia malorum.  
Nam in multitudine malorum q̄uis pmixti  
lateant boni: nouit dominus qui sunt eius.  
Sub manu tanti artificis: auri mica in ma-  
gna palea perire non potest. Quanta ibi pa-  
lea q̄ modicū aurum. Sed noli timere: tan-  
tus est artifex ut purgare possit: pdere non  
possit. Vide aurum beatu⁹ apostoli in ista  
fornace mundi huius quēadmodum pericu-  
lis probat: ut veniamus ad yasa in honora-  
ta quē intus sunt: quibus nouit bene vti do-

2. Timot. 2.

## Sancti Augustini de tempore

minus magnæ domus. Apostolus ergo cu<sup>z</sup>  
2. Cor. ii. periculis probaret: quid dicebat? Periculis  
in mari: periculis in deserto: periculis ex ge-  
nere: periculis ex gentibus. Ista omnia fo-  
ris sunt. Intus attende: Periculis in falsis  
fratrib<sup>z</sup>. Alloquor ego aurum dei: alloquor  
vasa facta in honorem: alloquor grana i tri-  
tura areg: inter paleam laborantia. Libi di-  
co quisquis audis: non me: sed per me: Esto  
bonus: tolera malum. Holo dicas quis est  
bonus: immo hoc volo dicas: quoniā quan-  
tumcunq; fueris bonus: non eris sine ali-  
Luc. 18. quo malo. Unde rectissime dicitur: Nemo  
bonus: nisi solus deus. Sed bonus ille qui  
fecit bona: deus est. Si ergo bonus deus  
qui facit bona: et solus ille bon<sup>z</sup> effector: bo-  
norum: quomodo est effector: bonoru: si nul-  
lus est hominum bonus? Scdm modulum  
ergo proximū: est et homo bonus. Qui si no  
Wattb. 12. esset: deus ipse non diceret: homo bonus:  
de bono thesauro cordis sui profert bona.  
Esto ergo bonus: et tolera malum. Esto sim-  
pliciter bonus: et dupliciter tolera malum.  
Bonus: non nisi intus. Nam si non intus:  
nisiq; bonus. Esto ergo bonus intus: ma-  
lum tolera et foris et intus. Foris tolera here-  
ticum: tolera paganum: tolera iudeum: tole-  
ra et intus malum christianuz: Quia inimici  
hominis domestici eius. Patiens molestos  
multos intus malos stomacharis: indigna-  
ris: quasi iam venerit tempus ventilatiōis.  
In tritura positus es: in tritura es adhuc:  
area tritura adhuc: adhuc grana et mani-  
puli cum gentes credunt ad aream colligū-  
tur. Putas esse te posse in area triticum so-  
lum? Erras. Heme in area ut gaudeas in  
horreo. Sunt multa mala a christianis ma-  
lis. Illi qui foris sunt et nolunt eē christiani:  
inueniunt occasioes ad excusatioes. Horra-  
tori suo ut credant: ista respondent: Tis me  
esse qd est ille et ille! Et nominat illi et illi:  
aliquando et verum dicit. Cum autem non  
potest inueniri: quid magnū est calumniari?  
Cum ille non trepidat calumniari: facit aliū  
quod non videt suspicari? Tu cum hominē  
audieris ista dicentem: forte quia nosti fra-  
tres tuos malos: dicas apud teipsuz: Uerū  
dicit: Periculis in falsis fratribus. Sed no-  
li deficere: quod ille querit: tu esto. Esto bo-  
nus christianus: ut cōuincas calumniosum  
paganum. Sed ille calumniat: et de bonis  
dicit falsa: plerumq; illi creditur. Quid fa-  
cit aurum? Undiq; palea est. Ignis sordes-  
punit: non fidem. Esto mundior ipsa exer-  
citione: esto mūdior: valeat tibi ille qui au-  
ferat quo sordidior es: non qui optimat qd  
aurum es. Eteni si defeceras: peris in palea.  
Et si peris in palea: aurum non eras: sed au-  
rum esse te fingebas. Rovit dominus qui  
sunt eius. Illi autem qui sunt mali: de qui-  
bus erubescis quando es inter malos qui  
sunt foris: memeto quod non sint in domo  
magna vbi es vas in honorem: sed in cōtu-  
meliā. Instruxit te apostol<sup>z</sup>: regat te deus.  
Si mali non essent pro quibus oraremus: K  
qñ nobis diceref: Orate p inimicis vestris: Wattb.  
An forte vellemus bonos habere inimicos?  
Unde fieri potest? Non habebis bonū in-  
imicū: nisi fueris malus. Si autem fueris bo-  
nus: inimicus tuus nō erit nisi malus. Ora-  
te pro inimicis vestris. Ergo boni orate pro  
malis. Redi ad cor tuū: O tu qui in ista for-  
nace purgaris: si potuit esse vox tua: Proba  
me domine et tempta me: vre renes meos et  
cor meum: quoniam misericordia tua ante  
oculos meos est: et ecce redi ad cor tuū. Sub  
deo es: orationem susurus es. Occurrat tibi  
qui te lēgit: occurrit tibi qui te p̄essit: occur-  
rit tibi qui te spoliauit: occurrit tibi qui te in-  
carcerem misit. Eia attende coe tuum: respi-  
ce dominū tuum. Ecce malus inimicus tu<sup>z</sup>:  
ecce bonus dominus tuus. Rovet tibi inimi-  
cus tuus malus: ora pro inimico tuo dicit ti  
bi dominus tuus bonus. Inter inimicū tuū  
malum et dominū bonum: quid tu facturus  
es? Contra hunc oraturus: aut huic obtem-  
peraturus? Suscipis ex p̄cepto domini rui  
orare pro maligno inimico tuo illo: Quid  
facturus es? Dominus iussit: dura iussit: sed  
magna promisit. Que dura iussit? Diligite  
inimicos vestros: benefacite his qui odi-  
runt vos: et orate pro p̄sequētibus vos. Du-  
ra sunt: sed propter verba labiorum tuorum  
ego custodii vias duras. Unde tibi viri-  
bus tuis custodire vias duras: nisi quia mi-  
sericordia tua ante oculos meos est? Ecce  
dura iussit: amara iussit: vide que promi-  
sit? Orate pro p̄sequētibus vos: ut sis  
filii patris vestri qui in celis est. Si tibi dice-  
ret: Ora pro inimico tuo: ut sis filius patris  
tui: ne exheredit te pater carnis: qd hoc  
tibi relicturus est: quod binc non est ablatu-

# Ser. CC. LV. In Anniversario dedicatiōis tēpli: Ser. IIII.

rus: timeres et faceres: promittitur tibi pro his duris: ut sis filius altissimi: cogita patrem: et agnosce hereditatem. Dic ergo: Incipe ergo orare pro inimico tuo illo magno qui tibi multa mala fecit: qui in te multa dura concessit. Incipe pro illo orare: et vide cor tuum litigare tecum. Quod ergo vis: quod tibi placet: quod delectaris secundum interiorem hominem: quod obtemperas domino tuo et oras pro inimico tuo: aurum est. Quod vero cum orare cōperis: incipit tecum carnis infirmitas litigare: ipse sunt sordes a quibus te vult deus in fornace purgare. Exercere ergo in medijs malis o bone: si quis es bonus: non de tuo bono quod fuisti malus: sed de dei bonus quod nunquam es malus. Exercere in medijs malis. Nec nubis volo diccas: Saltem si necesse esset propter exercitationem nostrā ut essent mali: pauci essent mali: et boni multi essent. Non attendis: quia si pauci essent: multis non nocerent. Ultio considera vir prudens: quia si multi boni essent: et pauci mali essent: pauci mali multis bonis nocere non auderent. Si non auderent: non exercerent. Nunc vero quia multi sunt mali: laboratur a paucis bonis inter multos malos. Et cum laboratur: sudatur: et cum sudatur: aurum purgatur. Esto ergo in decorum domus dei. Nam tecum in corde tuo litigavit infirmitas: inuoca ut vincas: assit tibi deus: adiuuet qui iubet. Nam facius es victor infirmitatis tue: iam suscepisti animo et fructum orandi pro inimico tuo: vide quid boni est. Compare illum tibi. Ille meditatur temptationes: tu fundis orationes. Ille si nocet: palam nocet. Tu quod pro illo oras: deus nouit. Ille non credit: quia cor tuum non discutit. Cum ergo palam nocet: tu occulte oras. In isto torculari ecclesia comparaata est. Elide si non ille qui palam nocet amurca est currens per publicum. Amurca per publicum currit: oleum autem ad sedem suam occultos transitus habet. Ut occulte transeat: in magnitudine apparet. Quid multi enim o fratres mei: quod multi in ista conflectione rerum: in buius mundi malicia: in ista malorum abundantia subtraxerunt se et conuersi sunt ad deum: et valefecerunt mundo: et cōperūt pauperibus res suas donare: qui paulo ante rapiebant alienas. Sed multi raptores: inuasores: spoliatores: publice appa-

rent: amurca illa est per plateam currens. Illi autem unus hinc: unus inde corde coniuncto mala faciens: mala permanere erubescens: dei monita cogitans: spem seculi irridens: spem cœlestē expectans: mutans amores et mores: oleum sanctitatis est: vas in honorem est in domo magna: aurum est in fornace: granum est in horreo: Ibi est decor domus dei: qui vivit et regnat in secula seculorum: Amen.

Eodem die: Sermo IIII Sermo CC. LV.

**A**icut optime nouit sanctitas vestra fratres p̄secrationē altaris hodie celebamus: et in iste ac merito gaudentes celebram⁹ festiuitatē: in qua būdicit⁹ vel vinctus ē lapis: in q̄ nobis diuina sacrificia consecrant. Sed quando festiuitates istas colimus fratres charissimi: diligenter debeamus attendere: et totis viribus laborare: ut quod in templis vel altaribus visibiliter collitur: in nobis inuisibiliter compleat⁹. Quia quae sancta sint templa que videmus de lignis et lapidibus fabricari: tamē plus apud deum preciosa sunt templa cordis et corporis nostri: quod illa fiunt ab homine carnali: ista ab artifice mundi. Tempa de lignis et lapidibus humano ingenio componuntur: tempa corporum ipsius cœlestis artificis manu fabricantur: sicut scriptum est: Ab manus tue Ps. 118. fecerunt me et plasmaverunt me. Et iterum: Prius quod te formarem in utero noui te. Nam hinc. qd tempa succenduntur: ita econtrario qui charitatis luce repletus est: si negligens fuerit: cito refrigescit charitas: et cupiditas inordescit. Ergo nec ille desperet qui malus est: quia cito potest resurgere: nec ille qui bonus est aut negligēs remaneat: aut aliquid de sua virtute presumat: ne gaudium suum conuertatur ad luctum. Et ideo dilectissimi fratres: castitatem corporis: puritatem cordis cum dei adiutorio seruare quātum possumus studeamus. His enim rebus ignis in nobis charitatis vel compunctionis semper acceditur et nutritur. Qui enim nec castitatem custodit in corpore: nec puritatem tenet in mente: quotiens sancte solenitates adueniunt: in corpore videtur habere gaudium: in corde non celebrat

K 4

## Sancti Augustini de tempore

nisi luctum. Quale enim gaudium conscientia illa potest habere: in cuius anima multis vitiis occupata magis diabolus probat habitare quam christus? Quale gaudium potest habere anima: quem iracundiam furore succeditur: cupiditatem nigredine obscurat: superbi amarissimo felle repletur: inuidiam veneno percutit: luxuriam sordibus inquinatur?

**C**hos vero fratres charissimi etiam si nobis aliqua ut solet fieri peccata surrepunt: quantum possumus cum dei adiutorio laboremus: ie-  
nunij: vigilijs: oratiōibus: elemosynis mū-  
dere sordida: lapsa construere: templum dei  
vixi rediscire: ut veniens dominus in no-  
bis nihil inueniat quod oculos sue maiestatis  
offendat: quia de ipso scriptum est. Ecce sto  
ad ostium et pulso: si quis surrexerit et ape-  
ruerit misericordia: intrabo et cœnabo cum illo: et ille  
mecum. Et iterum: Ego et pater veniemus  
et mansionem apud eum faciemus.

**A**poc. 3. **J**ob. 14. **E**t beata est illa anima: in qua pater et filius veni-  
entes: non solum habitare vel manere: sed  
etiam cœnare dignantur. Quid autem dixit: Ce-  
nabo cum illo et ille mecum: scimus eviden-  
ter: quia apostolus paulus ostendit dicens:

**1. Cor. 3. 2. Cor. 6.** **L**euiti. 26. **P**er prophetam dominus dicit: Et habitabo in-  
quit in eis: et in ambulabo. Et quia sicut ipse  
vidistis fratres habitare et inambulare desi-  
derat in nobis deus: cum ipsius adiutorio  
ita cor nostrum studeamus bonis semper co-  
gitationibus occupare: et corpora nostra ab  
omni sorte luxurie munda vel casta iugiter  
custodire: ut deum in nobis delectet habita-

**D**re. In templo enim a salomone edificata le-  
gitimis duo altaria fuisse constituta: unum  
foris: aliud int. In illo quod foris erat: anima-  
lium cœdebat sacrificium. In illo vero altari quod  
intus erat: thymiamatis offerebat incensum.  
Tideamque fratres: ne forte in nobis duo sint  
altaria constituta: corporis scilicet et cordis  
nostrorum. Denique duplex a nobis sacrificium que-  
rit deus: unum ut simus casto corpore: aliud  
ut mundo corde esse debeamus. Ergo in exte-  
riore altari: id est in corpore nostro offerant  
opera bona: in corde odorem suavitatis re-  
dolet cogitatio sancta. In altari cordis no-  
stri iugiter quod est deo placitum operemur.  
Tunc enim ordinem legitimum consecratiois  
altaris cum gaudio celebramus: quando al-  
taria cordis vel corporis nostri munda et pu-

ra in conspectu divinæ maiestatis offerimus.  
Nam nescio qua fronte: aut qua conscienc-  
tia optat in altaris consecratione gaudere:  
qui in cordis sui altari non studet mundici-  
tia custodire. Hos vero fratres charissimi: ita  
agere studeamus ut semper festivitatē du-  
plicem celebrare mereamur: et quomodo de  
templi vel altaris consecratione gaudemus:  
sic inuisibiliter de corporis castitate vel ani-  
me puritate spiritale gaudium habere merea-  
mur. Et hōc considerate fratres: qd in illo altari  
qd a salomone legim⁹ dedicatum: iugiter quo  
tidianus ignis ardebat: qd vitam et in no-  
bis pietas diuina perficiat. Unde non solū  
orationibus sed etiam bonis operibus pla-  
candus est de⁹: ut in altari cordis nostri igne  
suum semper accendar: illuz de quo ipse dixit:  
Ignem veni mittere in terram: et quid volo **Luc. 11.**  
nisi ut accenda⁹? Quia duo sunt ignes: cupi-  
ditatis scilicet et charitatis: et unus de parte  
dei: alter de parte diaboli: unus deuorans  
omnia mala: alter universa bona consumens:  
consideret unusquisque conscientiam suam: et  
si in se videt ignem cupiditatis ardere: cum  
dei adiutorio festinet extinguere: quia nihil  
in illo boni remanere poterit: quem ignis cu-  
piditatis accederit: sicut econtrario nihil in  
eo mali remanebit: in quo ignis arserit cha-  
ritatis. Flamma enim cupiditatis in corde  
peccatorum velut in altari deuorans omnia  
bona: diabolo odorē suavitatis exhalat: in  
anima vero sancta velut in sacrosancto altari  
flamma charitatis quemque sugenerint ma-  
lia consumens: deo odorem suavitatis exhibet.  
Et quia unusquisque cor altare est: aut  
dei: aut aduersarij: sicut iam dixi: attendat  
unusquisque conscientiam suam: et si cupidita-  
tis igne consumitur: elemosynarum refrigerio  
mitigetur: quia scriptum est: Sicut aqua ex **Eccl. 5.**  
tinguit ignem: ita elemosyna extinguuit pec-  
catum. Qui ergo cupiditate consumitur: sub-  
trahat a se opera mala: et quod bonum est ex-  
ercere conetur. Qui vero flamma charitatis  
accendit: semper bonis operibus augeatur:  
et nutrit in se ignem quem in eo christus vi-  
gnetur accendere.

Eodem die: Hermo

V

# Ser. CC. LVI. In anniversario dedicatiois templi: Ser. V.

**Sermo**  
**CC-LVI.** **A** Elebritas huius cōgregationis: de-  
 dicatio est domus orationis. Dom⁹  
 autem dei nosipſi. Si domus dei nosipſi:  
 nos in hoc ſeculo edificamur: ut in fine ſecu-  
 li dedicemur. Edificiū: ſimo edificatio habet  
 laborem: dedicatio exultationē. Qd hic fie-  
 bat quando iſta ſurgebant: hoc fit modo  
 cum congregant̄ credentes in christum. Cre-  
 dendo enim quaſi de ſiluis et montibus li-  
 gna et lapides p̄cidunt: cū dō cathezant̄:  
 baptizant̄: formant̄: tanq̄ inter manus fa-  
 brorum et opificum dolant̄: colliniant̄: com-  
 planant̄. Ut erit amē domū domini non fa-  
 ciunt: niſi quando charitate compaginant̄.  
 Ligna iſta et lapides ſi non ſibi certo ordine  
 cohererent: ſi nō ſe pacifice innecterent: ſi nō  
 ſe inuicē coherendo ſibi quodāmodo ama-  
 rent: nemo buč intraret. Deniq̄ quando vi-  
 des in aliqua fabrica lapides et ligna buč ſibi  
 coherere: ſecurus intras: ruinam non times.  
 Uolens ergo dominus christus intrare: et in  
 nobis habitare: tanq̄ edificando dicebat:  
**Job.15.** Mandatū nouum do vobis: vt vos inuicē  
 diligatis. Mandatū inquit nouum do vo-  
 bis. Ueteres enim eratis: domū mibi non  
 dum faciebatis: in uerſtra ruina facebatis.  
 Ergo ut eruamini a uerſtre ruine veruſtate:  
 vos inuicem amate. Consideret ergo chari-  
 tas uerſtra: edificari adhuc iſtam domū rōto  
 ſicut p̄dictum eſt et p̄missum orbe terrarum.  
**P̄.95.** Cum enī edificat̄ domus post captiuitatē:  
 ſicut habet aliud psalm⁹: dicit̄: Cantate do-  
 mino canticū nouum: cantate domino om̄niſ terra. Qd ibi dixit: canticū nouum: hoc  
 dominus dixit: mandatū nouū. Quid enim  
 habet canticū nouum: niſi amorem nouū?  
 Cantare amantis eſt. Vox huius cantoris:  
**B** feruor ē sancti amoris. Amen⁹: gratis ame-  
 mus. Dominū enim amam⁹: quo nibil me-  
 lius inuenimus. Ipsiſ amemus propter  
 ipſiſ: et nos in ipſo: tamē ppter ipſiſ. Ille  
 enim veraciter amat amicum: qui deū amat  
 in amico: aut quia eſt i illo: aut ut ſit in illo.  
 Hęc eſt vera dilectio: ppter aliud ſi nos dili-  
 gitim⁹: oderimus potius q̄d diligim⁹. Quid  
 enim amat? Iniquitatē. Quid odit? Forte  
 vicinum ſuum: forte vicinam ſuam. Expa-  
 uescat: odit animā ſuaz. Odiū anime: amor  
 nequicie. Ergo contra odiū nequicie: amor  
 anime. Qui diligitis dominū: odio habete  
 qd malū eſt. Bonus eſt deus: malum eſt qd  
 amas: et te ipsum malum amas. Quomodo  
 amas deum: cum adhuc amas qd odit de⁹?  
 Audisti enim: quia deus dilerit nos: et verū  
 eſt. Dilexit nos: et quales dixerit: ſi atten-  
 damus: erubescimus. Sed ideo nō erubesci-  
 mus: quia diligendo tales fecit eſſe non ta-  
 les. Erubescimus recordatione p̄teritorum:  
 gaudeamus ſpe futurop̄. Quare enim eru-  
 bescamus qd ſumus: et non potius confida-  
 mus: quia ſpe ſalui facti ſumus. Deniq̄ au-  
 diuimus: Accedite ad euꝝ et illuminamini: et **Ps.5.**  
 vultus vestri non erubescet. Si recedat lu-  
 men: rediſ ad cōfūſionem. Accedite ad eum  
 et illuminamini. Ergo ille lumen: nos ſine il-  
 lo tenebre. Si recesseris: in tuis tenebris re-  
 manebis: ſi accederis: non de tuo lucebis.  
 Fuſtis enim aliquādo tenebre: ait aposto-  
 lus fidelibus et infidelib⁹: Fuſtis aliquādo  
 tenebre: nūc aut lux in domino. Si ergo lux  
 ī domino: tenebre ſine domino. Porro ſi lux  
 in domino: et tenebre ſine domino: Accedite  
 ad eum et illuminamini. Attēdite in psalmo **C**  
 dedicatiois: quē modo cantauimus ex rui-  
 na edificiorū. Conſidisti ſacrum meū: hoc **Ps.29.**  
 p̄tinet ad ruinam. Quid ergo ad edificium?  
 Et accinxisti me leticia. Vox dedicationis:  
 Ut canter tibi gloria mea: et nō cōpungar. **Abi.6.**  
 Quis eſt qui loquit̄? In verbis eius agno-  
 ſcite. Si expono obſcurum eſt. Ergo verba  
 eius dicam: continuo agnoscetis loquētem  
 ut ametis alloquētem. Quis eſt qui dicere  
 potuit: Eruisti dñe ab inferis animā meam? **Ps.29.**  
 Luius anima iam ab inferis eruta eſt: niſi d  
 qua dictum eſt alio loco: Non derelinquas **Ps.15.**  
 animā meā in inferno: Proponiē dedicatio  
 et cantat̄ liberatio canticū dedicationis do-  
 mus: et dicit̄: Exaltabo te domine quoniam **Ps.29.**  
 ſucepisti me: et nō iocūdasti inimicos meos  
 ſuper me. Attēdite iudeos inimicos: quise-  
 putabant occidiſſe christū: viciſſe tanq̄ in-  
 imicū: p̄didiſſe quaſi hominē ceteris ſimilem  
 atq̄ mortalem. Resurrexit terția die: et eius  
 vox eſt: Exaltabo te dñe quoniam ſucepisti  
 me. Attēdite apostoli dicente: Propter qd **P̄bil.2.**  
 eum exaltauit. Et non iocundasti inimicos  
 meos ſuper me. Ipsiſ quidem in christi mor-  
 te iocūdabant: ſed in eius resurrectiōe: aſce-  
 ſione: p̄dicatiōe aliqui compungebanſ. In  
 eius ergo p̄dicatione et per apostolorū con-  
 ſtantię diſſammatiōne aliqui compunge-  
 banſ: et conuertebanſ: aliqui obdurabanc  
 et confundebanc: nulli tamē iocundabanc.

## Sancti Augustini de tempore

modo quando implens ecclesie putamus  
iocundari iudeos: Ecclesie edificans: dedi-  
canus: implens: quomodo illi iocundans: No  
solum non iocundans: sed etiam confundans:

**Ps. 29.** et implevit vox exultantis: Exaltabo te domi-  
ne quoniam suscepisti me: et non iocundasti ini-  
micos meos super me. Non iocundasti super  
me: si mibi credant: iocundabitis in me. Ne mul-  
ta dicamus: ad illa que cantauimus aliquam:

**D**icitur. scidisti saccum meum: et accinxisti me leticia? Saccus eius erat similitudo carnis pecca-  
ti. Non tibi vilescat: quod ait: saccum meum: ibi  
erat inclusum precium tuum. Loscidisti saccum  
meum. Euasimus ad saccum istum. Loscidisti  
saccum meum: In passione conscius est. Quo-  
modo ergo deo patri dicis: Loscidisti saccum  
meum? Quomodo patri dicis: vis audire: Losci-  
disti saccum meum? Quia proprio filio non peper-  
cit: sed pro nobis omnibus tradidit illum. Fecit  
enim iudeos nescientes: unde redimerent  
scientes: et confunderent negantes. Nesciunt  
enim quid boni nobis operati sunt malo suo.  
Suspensus est sacerdos: et quasi letatus est impi?

**Iob. 19.** Loscidit saccum lancea psecutor: et fudit  
precium nostrum redemptor. Lantet christus re-  
demptor: gemat iudas venditor: erubescat  
iudeus emperor. Ecce iudas videntur: iudeus  
emittit malum negotium egerunt: ambo dam-  
nati sunt: scipios piderunt venditor et em-  
ptor. Dicat ergo caput nostrum: dicat per cor-  
pore occiso: pro corpore dedicato. Dicat: au-  
diamus: Loscidisti saccum meum: et accinxisti  
me leticia: id est conscidisti mortalitate meam  
et accinxisti me immortalitate et incorruptione.

**Ps. 29.** Ut canterebi gloria mea: et non cōpungar.  
Quid est: non cōpungar? Jam contra me  
non ferat lanceam psecutor. Ut non compun-  
gar. Christus enim surgens a mortuis: iam  
non morietur: et mors illi ultra non dominabitur.

**Ro. 6.** Quid autem mortuus est: peccato mortuus est se-  
mel: quod autem vivit: vivit deo. Ita et nos inquit  
existimemus nos mortuos esse peccato: vi-  
vere autem deo in christo iesu domino nostro.

**E**rgo dum nouam constructionem sancte hu-  
ius ecclesie libenter attendimus quā diuino no-  
mini hodie dedicamus: inuenimus a nobis  
debere et deo nostro maximā laudē: et sancti-  
tati vestre congruum de diuinę domus edifi-  
catione sermonē. Tunc autem sermo noster con-  
gruus erit: si in se aliquid edificationis habe-  
bit: quod utilitati aiarū vestraꝝ deo vos inter-

edificante pficiat. Quod hic factum corporaliter  
videmus in parietibꝫ: spiritualiter fiat in mē-  
tibus: et quod hic pfectum cernimus in lapidi-  
bus et lignis: hoc edificare gratia dei pficiat  
in corporibꝫ vestris. Principaliter ergo gra-  
tias agamus domino deo nostro: a quo ē omne do-  
cum optimū: et omne donū perfectū: et eius  
bonitatē tota cordis alacritate laudemus:  
quoniam ad cōstruendā istā domū oratiōis fi-  
delium suorum visitauit animū: excitauit esse  
ctum: surrogauit auxiliū: inspirauit necedū  
volentibus ut vellent: adiuuit bonę volūta-  
tis conatus ut facerent: ac p hoc deus q̄ ope-  
ratur in suis et velle et pfiscere p bona volū-  
tate: hec omnia ipse cepit: ipse pfecit. Et q̄a  
op̄a bona in conspectu suo nunq̄ esse pmit-  
tit inania: fidelibus suis quibus op̄antibus  
p̄buit virtutis suę fauorem: tribuet cōdignā  
p̄ tanta operatiōe mercedē. Adhuc ampli  
agende sunt gratiae deo nostro. Hanc enim  
ecclesiā quā fecit nomini suo construi: fecit  
etiā sanctorū martyrum reliquijs amplius ho-  
norari.

Explicitis est opus sermonis de tempore  
Divi Aurelii Augustini: Basileę p magistrum  
Joanne de Amerbach: Anno salutis regni vir-  
ginalis partus Nonagesimoquinto supia  
Adhuc ampli  
agende sunt gratiae deo nostro. Hanc enim  
ecclesiā quā fecit nomini suo construi: fecit  
etiā sanctorū martyrum reliquijs amplius ho-  
norari.